SCHOLIA

# IN LOCOS DIFFICILEIS AVT AMBIGVOS LIBRI APOCALY-

*pseos, Authore Tac. Nicolao Zegero Minorita.*

PARS TERTIA.




COLONIAE AGRIPPINAE
Apud hæredes Arnoldi Birckmanni, Anno
M. D. LIII.

# LITERVLAE MARGINIBVS INSCRIPTAE AVtores indicant, quorum è regione ipsarum sequimur enarrationes, qui sunt hi.

| | | | |
|---|---|---|---|
| a. | Augustinus. | h. | Haymo. |
| ar. | Aretha. | ly. | Nicolaus Lyranus. |
| an. | Ansbertus. | p. | Primasius. |
| b. | Beda. | r. | Rupertus Tuitiēsis. |
| d. | Dionysius carth. | ri. | Richardus à s. Vic. |
| gr. | Gregorius papa. | t. | Tichonius cuius glossema falso Augustino inscribitur. |
| g.o. | Glossa ordinaria. | | |
| g. | Gagneius. | | |
| h. | Franciscus Titel. Has. | | |

Quod autē Augustino tribuitur ex varijs ipsius scriptis petitum est: Idem intelligendū de Gregorio.

# REVERENDO, AC RELIGIOSO PATRI, DOMINO MATHIAE HIESVVICANO, ABbati Middelburgensi Tacitus Nicolaus Zegerus minorita S.

OPtimo iure mihi suspiciēdus, colēdus & cōmendādus es venerabilis pater, & idē doctissime vir, q rē moliaris multo oīm pclarissimā, atq; adeo isto tuo sodalitio lōgè dignissimā: vtpote q extruere atq; instruere pares nouā quandā bibliothecā, eam'q; nō vulgarē, vt hodie habent, (optimis iā studijs ac libris nusquā non exundātibus) oīa fere sacerdotū collegia: sed insignē quandā, & oīm librorū, omnium'q; artium mirificentia præcellentē. Id quod ex imitatione facis, primum studiosissimi illius regis Ptolemæi cognomento Philadelphi, qui nihil non fecit, quo sibi bibliothecā pararet nullo fere non librorū genere inclytam: deinde etiam venerandi dñi symmystæ tui Arnoldi Striterij abbatis Tongerlēsis, viri multis nominibus celebris, q veluti alterū quēdam huic seculo pstans Philadelphū, paucis ab hinc annis tale cōstruxit musæū, atq; adeo extruere & exornare nouis subinde librorū accessionibus nō cessat, vt nō putē simile extare, ne in tota quidē nostrate Germania. Nullis em̄ parcit neq; impendijs neq; curis, quo vel è remotissimis regionibus paret q̄ possent quopacto ab eruditis desiderari: ita vt etiā Constātinopolis & pfunda Græcia penetrata atq; lustrata sit hac ipsa de causa. Et sicuti in oībus industriæ & magnificētiæ suæ monumētis atq; structuris, q̄s nō pau-

cas magna cũ laude, tũ sua, tum collegij sui, posteritati relinquet, est exquisitè splẽdidus, sublimis, insignis, & nulli fere cedens aut secũdus: ita in cõparandis variarum disciplinarum, artium seu facultatum, & linguarum, codicibus, ad miraculum vsq; cernitur sumptuosus & magnificus. Quam sanè magnificentiam arbitror tuam amplitudinem quatenus fieri poterit velle æmulari. Proinde quanq̃ in tuo isto tã laudibili instituto me non egeas consultore aut hortatore, tamen quando in huiusce rei incidi mentionem, optarim tuam te opulentiam magis expromere in parandis ijs autoribus seu libris, qui in hisce regionibus, aut rari, aut ignoti sunt, aut prorsus nõ habentur, etiamsi typis expresſi nõ sint, sed tantum calamo exarati sint, modo doctorum virorum iudicio digni censeantur, qui habeantur atq; seruentur. Cuiusmodi etiam codices, si in hoc tibi curares exscribi, equidem iudicarem te pręstare reipublicæ Christianorum præclarum operæprecium. Hac enim ratione atq; compendio citra magnum negocium, citraq; ingentia impendia, multa doctorum virorum scripta vindicari ab interitu possent: ne si vel bella contingeret grassari, quibus om̃ia sacra prophanaq; misceri solent, vel incẽdia, vel aliam quamlibet iniuriã, fraudari posteros necesse foret optatis maiorũ suorũ lucubratiõibus, q̃ fortasse lõgè vberioris esse possent vtilitatis seculo post venturo, q̃ vel p̃terito vel p̃senti. Nosti in fallor q̃ doleãt, quàm deplorẽt viri eruditi, maximè doctæ illius antiquitatis studiosi, quòd tot optimorum ex veteri illa officina librorũ myriades, temporũ nobis iniuria nihil non obliterantium iniuria interciderint. Meministi quoq; (vt ad rem magis

gis præſentem accedam ) quantam veterum exemplariũ,bonorumq́ꝫ voluminum antehac iacturã vobis,imò ſtudioſis oĩbus fecerit vnius veſtrę conflagratio bibliothecę:in q̃ codices fuiſſe ferunt ipſis cõſcripti manibus b. antiſtitis Aug. In q̃ cõflagratione, ſicuti & in alijs permultis,nõ dubiũ quin aliquot perierint monumẽta q̃ nuſquàm fuerint alibi. Verũ hic mihi forraſſe reſpõſurus es,abũde iã huic malo mederi nouã iſtã artẽ typographicã, cuius vna atqꝫ eadem ſimul opera tot iã excudunt vnius eiuſdemq́ꝫ codicis exẽplaria,aut vt verius Ciceroniano dicã ve.bo,deſcripta,vt planè credat vix vnq̃ cũ codicẽ poſſe interire. Ita ſanè rem habere haud quaq̃ iuerim inficias, de ijs quos vel ſemel pręlo committi cõtigerit: ſed interim multi adhuc paſsim latebras fouent, multi adhuc in vetuſtis deliteſcũt bibliothecis haud cõtemnendi ſcriptores,tã veteres q̃ neoterici,q ita nunq̃ diuulgati ſint neqꝫ fortaſſe inuulgabunt vnq̃, ꝙ necdum ſuũ nacti ſint ſeculũ,neqꝫ facile fortaſſe nanciſcent:ꝙ necdũ reperti ſint neqꝫ reperiant eiuſdẽ muſę æmuli : ꝙ illi in legione,alij forte verſent in culina. Sed hæc perſequi deſino:paucis ẽm tecũ agere animus fuit. Mitto tuæ amplitudini,tuiſq́ꝫ ſtudijs priuatis, (non ẽm bibliothecę dicã,longè grauioribus deſtinatæ ſcriptoribus) hanc noſtrã in ſacroſanctã Apocalypſim lucubratiũculã, quã tuo nomini dicatã cõmendatum iri cupio oĩbus arcanorũ ſacramentorũ ſtudioſis:q̃s puto lubẽtius auidiusq́ꝫ hãc ipſam amplexuros lecturoſq́ꝫ,ſimul atqꝫ cõſpexerint intellexerintue in lucẽ emerſiſſe tãti viri auſpicijs. Paternitatẽ tuã ſoſpitet ac proſperet in oĩbus optimus omniũ ſoſpitator,cõſeruator & moderator Chriſtus Ieſus. Dyiſtemij,id. Maij, Anno 1553.

# IN SACRAM
## APOCALYPSIM
## PRAEFATIO.

QVum probatißimi ac uetustißimi quiq; ecclesiæ scriptores, in suis paßim lucubrationibus huius Apocalypscos adducant testimonia:
n, ad hæc, quum generale sub Gelasio Papa celebratum cōcilium nondubitarit eandem recipere, approbare, & annumerare inter libros Canonicos: impiæ cuiusdam temeritatis atq; incredulitatis iudicauerim, tantorum uirorū authoritati, ac receptæ iam diu certitudini nolle hac in re subscribere. Quòd si quis fortè de operis ambigat scriptore, beatus Hieronymus in catalogo scriptorum ecclesiasticorum, deinde etiam Augustinus (ut cæteros sileam) quum aliâs, tum libro
Apo.I. quæstionum ex nouo Test. ca. ult. palàm testatur hoc opus à be. Iohanne apostolo atq; euangelista quū in Pathmos insula exularet conscriptū esse: & eiusdem esse
n. autoris cuius est euangeliū quod κατὰ Ιωάννην inscribitur. Neq; uero huic repugnare credendum est, quod hic liber apud græcos τοῦ ἁγίου Ιωάννου τοῦ θεολόγου titulo prænotetur, quum hoc apostolo uocabulum per catexochen ob eximiam profundißimæ per ipsum

traditæ theologiæ eminentiam tribuatur:idq; non mo-
dò in græco huius libri titulò,uerum etiã ab Origene:
qui in homilia super illud, In principio erat uerbum,
non semel ipsum citra apostoli & euangelistæ uocabu
lum Iohannem theologum appellat. Sed & Suidas de
eodem hoc Iohanne loquens, Ἰωάννης,inquit, ὁ θεόλο
γος καὶ εὐαγγελιστὴς ἀπὸ τῆς ἐν πάτμῳ &c.
Rursus idem de Nõno Panopolitano scribens,καὶ τὸν
παρθένον,inqt,θεολόγον παραφράσας δι᾽ ἐπῶν,
qui theologum uirginem paraphrastico reddidit car-
mine.Ad hæc Dionysius Areop.epistolam quãdam scri
bit, cui titulus est, Ἰωάννῃ θεολόγῳ ἀποστόλῳ καὶ
εὐαγγελιστῇ περιορισθέντι κατὰ πάτμον τὴν νῆσον.
Iohan. theologo,apostolo & euãgelistæ in Pathmo in
sula exulanti.Porrò quòd hic nomẽ subindeinculcarit
suum, dicendo ego Iohannes, ego Iohannes (nam
& hoc nonnullos non mediocriter offendit, pro-
pterea quòd contrà in euangelio nomen suum mode-
stiæ causa suppresserit,discipulum se nominans quem
diligebat Iesus) hoc eum fecisse consilio arbitror,
ut librum alioqui parum plausibilem, parumq; de-
licatum, ob profundißimam sensuum obscuritatem,
& crebras easq; atroces in improbos comminatio-
nes, studiosius ac certius posteritati commendaret:
pondusq; & autoritatem tam sublimibus reuelationi-
bus quoad posset adijceret. Qua etiam ratione ad cal-
cem operis acrem adijcit comminationẽ & obtestatio

nem, nequis aut addat aliquid, aut demat uerbis libri prophetiæ huius:quod ſanè in alijs ſuis operibus cognoſcitur haudquaquàm fecisse. Videtur quoq; hac de cauſa nomenclaturam hēic inculcaße ſuam, ne(ſi inter exteras nationes,& in inſula cōſtitutus è uita migraſſet)tantarum reuelationum opus ab ipſo conſcriptum in notitiam non ueniſſet fidelium:néue tantus theſaurus,qui tanto ſtudio angelo reuelante commonſtratus erat,& commendatus,alicubi in dicta inſula diu fortaße neglectus delituißet,aut etiam prorſus periſſet. At uerò ne ſortè hanc ipſam Apocalyſin ideo contemnēdam arbitreris,quòd multa eáq; perplexa ſit undiq; ferè inuoluta caligine,audi quid in eccleſiaſt.hiſt.li.7. ca.23.Euſebius pronunciaße ſcribat Dionyſium epiſcopum Alexandrinum. Ego, inquit, quantum ad meam ſententiam pertinet,ſpernere aut abijcere ſcripturam libri huius nullatenus audeo, maximè quum multi ex fratribus ita mecum ſentiant.Sed hoc magis de eo ſentio,quòd excedāt atq; emineāt, quæ in eo ſcripta ſunt, humanæ auditionis modum: & ſit in eo arcanus quidam & reconditus atq; admirandus omnibus ſenſus: quem & ego admiror ac ueneror,etiam ſi non intelligo. Et ita ſentio, quòd diuina aliqua ſacramenta ſermónibus contegantur humanis, non tam iudicio meo diſcernens, quàm fide credens. Et ideo non reprobo quæ non intelligo: ſed tanto magis admiror, qanto minus aſſequor. Hæc de autoritate atque

autore sacræ Apocalypseos breuiter dicta sufficiant.
Quòd si quis fortè uberiora hac de re desiderabit, le=
gat Titelmanni libellos hoc idem argumentum tra=
ctantes. Quod ad sequentes elucidationes attinet,
sciat lector nos tantum ea explicuisse, quæ explanato=
re uidebantur indigere: cætera uero quæ transiliuimus
aut iuxta simplicem uerborum sonum intelligēda esse,
aut adeo facilia ac dilucida habere schemata, ut iudica=
remus interpretatione non fuisse opus. Noluimus au=
tem in eruendis harum imaginum mysterijs, plus satis
esse curiosi, morosi aut anxij, ita ut è singulis quibusq;
figurarum particulis citra exceptionem omnem, certa
quædam arcana arctius emungendo eliceremus: aut sic
scripturas tractātes imitaremur: quum id premere ue
rius sit, quàm scripturam exponere: & implicare po=
tius, quàm explicare: sed nonnunquàm summam rei et
scopū, seu id quod potißimum intenditur indicasse con
tenti fuimus, Chrysostomi in hoc sequuti consilium: qui Ch.hom. in Mat.6.
docet ne in parabolis quidem nostri sospitatoris ore
prolatis oportere nos nimia in singulis uerbis cura
perangi. Sed ubi id, quod per parobolam intendi=
tur didicerimus, inde utilitate collecta nihil iam ulte=
rius uult nos anxius conatu inuestigare. Similitudines
enim docendi gratia sic adhibentur in literis sacris, ut
sæpenumero non quadrent per omnia. Alioqui (ut unū
hoc ex Paulo exempli gratia proferamus) quid absur= 2.Ti.2.d.
dius, quàm si quis dicat matulæ Samiæ, si teipsam pur=

garis, eris uas utile & honorificum: uerum hoc rectè dicitur testæ rationali, quæ monita, potest sese accommodare ad uoluntatem domini. Multis deniq; in locis nostro duntaxat usi sumus iudicio, nostroq; rem egimus Marte: scilicet ubi parum ad mentem autoris accedere uidebantur quæ nobis suppetebant commentaria: ita tamen ut interim plerisq; in locis cum nostra et alteram interpretum communem sententiam, & in nonnullis etiamnum tertiam coniunxerimus, aut saltem leuiter attigerimus, ut prudens lector ex ipsis eligat quam maxime probauerit. Inter cætera autē commentaria quorum adiuti fuimus adminiculo, principem apud me obtinuit locum & autoritatem ipsius Bedæ glossema: quo sanè nullū uidimus syncerius, quod minus haberet affectatæ curiositatis, quod magis argutum, doctum, solidum & erudito homine dignum: denique quod magis (meo certè iudicio) ad mentem accederet apostolicam. Porro hoc uetustiorum explanatorum, nempe Irenæi, Iustini, Hippolyti, Melitonis, Caßiodori, Aprigij & Isidori iunioris interpretamēta, quorū uel maxime iudicijs ac sentētijs stare cōueniebat, temporū, nihil nō absumente, iniuria interierunt: aut si nō interierūt, certè ad manus nostras nō puenerūt. Et mirū sane atque etiamnū deplorandum, si qd proficeretur cōplorationibus, clarißimorū uirorū elucidationes, præsertim in librum omniū difficilimū, non maiori ac fideliori cura atq; solicitudine esse seruatas

uatas & ad posteros transmißas. Quanquam autem ipse hic mihi diffidā, quum ob priscorum commētariorū carentiā & inopiam, tum etiam ob ingenij nostri tenuitatem, in omnibus germanum ac primariū apostoli sensum me eße adsequutum: spero tamen non pauca hic esse loca aliquanto commodiori interpretatione illustrata, quàm in praecedentium quorundam commentarijs. Sed aliorum esto iudicium de nostris scholijs pronunciare: qui si ea talia iudicauerint

ex quibus poßint aliquid lucis petere, aut euadere eruditiores, candide fruantur, dignasq; nobiscum summo omnium largitori Deo gratias reddant: sin secus, nostrum saltem conatum boni consulant. Vale. In ferijs be. Apostoli Thomae, 1545. Mechliniae.

IN

# IN APOCALYPSIM BEATI IOANnis Apostoli, Scholia.

## Ex capite I.

APocalypsis.) Græca vox est: & interpretatur reuelatio, ab ἀποκαλύπτω reuelo. Vide Hie. in illud Gala 1. Sed per reuelationem Iesu Ch.

*Quam dedit illi Deus palā facere seruis s. quæ oportet fieri cito.* Iuxta græci sermonis formam ita dictū est, pro eo quod apertius dici poterat: Quam vel qua dedit ipsi, nempe Christo Deus, δεῖξαι vt palam faceret, siue demonstraret seruis suis quæ oporteat fieri cito.

*Qui testimonium perhibuit uerbo Dei, & testimonium Iesu Christi.* ) Hæc in archetypo aliquāto commodius habentur ad hunc modum: ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἰησοῦ χριστοῦ ὅσα τε εἶδε: Qui testificatus est verbum seu sermonem Dei, testimonium quoque Iesu Christi & quæcunque vidit. Quę mihi ita videntur accipiēda, vt intelligamus Ioannem propalàm prædicando testimonium perhibuisse: primum quidem de Dei per Christum prolatis verbis ac sermonibus: vel de Dei verbo, hoc est, Christo, quantum ad ipsius attinet diuini-

diuinitatem, iuxta quod in exordio euangelij sui di cit, In principio erat verbum: & verbum erat apud Deum: deinde etiam de Christi passione ac mortali tate, quam per martyrium, id est, μαρτυρίαν significasse arbitror, iuxta vulgarem eloquutiōis modum, quo sanctorum in pœnis confessionem atque adeo cruciatus ipsos, martyrium, & sanctos martyres vocamus: vt huic congruat quod ad calcem descriptæ passionis ac mortis Christi idem Ioannes adiūgit, Et qui vidit testimonium perhibuit, & ve. est test. e. & postremo de cæteris omnibus quę viderat Christi gestis: cui respondet quod in fine ait euangelij, Hic est discipulus ille qui test. perhi. de his, & scripsit hæc, &c. Possent præterea accusatiui λόγον & μαρτυρίαν per ablatiuos resolui, hoc pacto: Qui testificatus est verbo vel sermone Dei & testimonio Christi Iesu quæcunque vidit: atque ita copula τε (vt sæpe esset solet) superuacanea erit. Io.19.g.

*In Asia.*) De Asia minore accipiendum est.

*Et à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt.*) Id est, à septiformi Spiritu sancto, qui natura quidem vnus & simplex est, gratiarum autem distri butione, multiplex. Respexit enim ad illud Ies. 11. Et requiescet super eum Spiritus domini: spiritus sapiē tiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spi ritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Et hi spiritus in cōspectu throni Dei Patris sunt, hoc est, secundum Rupertum, in conspe ctu sanctorum angelorum, qui adeo thronus Dei sunt, & adeo in ipsis sedet Deus, vt quidam ex ipsis etiam propriè throni vocentur. Vel à 7. spiritibus, id g

est (vt

ly. est(vt nonnullis placet)ab vniuersitate mentium e-uãgelicarum, quæ vultui diuino semper adsistunt.

*Primogenitus mort.*)Hoc est, primus partus mortuorum, siue primus partus ex mortuis editus: id enim græcus manifestat sermo πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν. Ideo autem primus, quia primus omnium ad vitam resurrexit immortalem, vt supra ostendimus 1. Corin.15. ibi, Primitię Christus. Potest tamen latina lectio & aliter intelligi, vt mortuos eos accipiamus de quibus Apost. ad Col.3. Mortui inquit, estis, & vita vestra abs. est cũ Christo in Deo.

*Regnum & sacerdotes.* Ne quis hic imaginetur & contendat omneis Christianos ęqualiter esse sacerdotes, animaduertendum de spirituali hic agi sacerdotio, quemadmodum & de spirituali regno. Ita enim sacerdotes sumus, quicunq; germanè Christiani sumus, quomodo & reges. Nam quod nobis legitur, fecit nos regnum & sacerdotes, in quibusdã euidentius est, ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς, fecit nos reges & sacerdotes. Quanquàm possumus & regnum Dei dici, vtpote in quibus Deus ipse spiritualiter dominetur & regnet.

*Etiam: amen.*) Vtraque asseuerantis particula est.

*Vt uiderem uocem.*) Videre hoc loco intelligere est: sic enim non raro vsurpatur hoc verbum in arcanis literis.

*Et conuersus uidi septem candelabra aurea: & in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, uestitum podère, & præcinctũ mamillas zona au-*

na au-

*na aurea. Caput autem eius & capilli erant candidi tanquàm lana alba, et tanq̃ nix: & oculi eius tanquàm flamma ignis: & pedes eius similes aurichalco, uelut in camino ardenti: & uox illius tanquàm uox aquarũ multarum: & habebat in dextera sua stellas septem: & de ore eius gladius utraq; parte acutus exibat: & facies eius sicut sol lucet in uirtute sua.* Hac visiõe modus exprimitur & status, quo Christus dominus noster semetipsum ecclesię suę exhibuerit atq; exhibeat. Nam per septem candelabra aurea (vt is qui apparuit, paulò inferius explicat) 7. Asiæ ecclesiæ designãtur, in quibus reliquę totius mundi ecclesiæ intelliguntur, quæ licet variæ sint, locorum & præpositorum distinctione, vna tamen est ecclesia, & vnum candelabrum in diuersos videlicet ramos sese aperiens, quia vna est basis, & fundamentum fidei, cui omnes pariter innitantur. Is autẽ qui filij hominis similitudinẽ gerit Christus dominus est, idem sacerdos & rex existens: cuius sacerdotalis dignitas in podere quod sacerdotale est vestimentum, iuxta illud, in veste poderis quam habebat Aaron: regalis Sapi. 18. vero in zona aurea designatur: De qua in psal. scri- Psal. 92. ptum est, Dominus regnauit decorẽ indutus est: in. est dominus for. & pr̨. se. Decorẽ ergo & fortitudi- r. nẽ qua præcinctus ostendit dominus regnãs regno peccati destructo, & morte superata, per zonã auro radiantẽ accipere debemus. Pr̨terea per caput q̃ pr̨stantissima est in homine pars Christi diuinitatẽ in- a telligimus. Et quemadmodũ in hominibus cãdor capitis et capillorũ antiquitatẽ hominis demõstrat, ita & hic per eminẽtissimũ capitis ac capillorũ candorẽ

diui-

diuinitatis Christi æternitas aduersus tunc insurgentes Ebionitas, Christi æternitatem negantes, designata est. Per hoc autẽ quod dicitur, & oculi eius
d. velut flamma ignis, nil aliud quàm profundissima perspicacitas innuitur, qua Deus vel abditissima cordium perscrutatur. Sequitur: & pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti. Sicut modò diximus, per caput candidum hominis Dei æternam diuinitatem significari: ita hic per pedes quæ infima est hominis pars, ipsius humanitatem rectè intelligimus. Quæ ideo aurichalco assimilatur, quia sicut au
r. richalcum multis ignium impendijs ex ære perducitur ad colorem auri: ita & illa humanitas per multas tribulatiões passionis & mortis perducta est ad gloriam diuinitatis. Vnde & signanter dictum est, sicut in camino ardenti, per quod rectè intelligitur molestia passionis, qua oportuerat eandem humanitatem conflagrari. Vox prçterea huius filij hominis tã quàm vox aquarum multarum describitur, quia lõgè lateq́ꝫ & in multos populos vox ipsius dispersa est: quemadmodum in persona eius Psalmista pro-
Psal. 56. testatur: Confitebor tibi, inquiens, in populis, & psalmum dicam tibi in gentibus. Notum autem est aquarum nomine non raro populos in scriptura designari. Habet quoque in dextra stellas 7. id est, 7. angelos ecclesiarum, vt infra in ipso contextu exponitur, per quos parochi & episcopi intelliguntur, iuxta illud, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, &
Mala. 2. legem requirent ab ore eius, quia angelus domini exercituum est. Stellç autem hinc appellantur, quòd illorũ intersit vita pariter & doctrina suæ curæ commissos illuminare. Sic enim per Danielem scriptum

eſt ca.12. Qui docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Et in dextera manu (ſic enim græce eſt) hi contineri dicuntur quippe pro quibus dextera domini ſpecialiter dimicat, ſi modo verè ſtellas ſeſe præſtant. Gladius inſuper vtrinque incidens primum quidem extremi iudicij ſeueritatem ſignificare poteſt. Vnde etiam de electis diuini iudicij approbatoribus ita ſcriptū eſt. Et gladij ancipites in manibus eorum, &c. vt faciāt in eis iudicium cōſcriptum. Deinde etiam gladium illum ſpiritus, ſermonem Dei, qui ab Apoſtolo ſcribitur viuus & efficax penetrantior quouis gladio Hebr.4.c. ancipiti, ac pertingens vſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus. Quanquàm hoc Apoſtoli verbum etiam ad iudicium pertinere poteſt. Poſtremò quid ſit quod facies eius lucere dicitur vt ſol in virtute: ſua facile eſt intelligere, maxime quū ſcriptum ſit, Ego ſum lux mundi: & rurſus, Erat lux vera, &cæt. Lucet autem ſol in virtute ſua, quum efficacius ſplendoris & ardoris ſui radios diffundit. Iam quod ad voces quaſdam attinet: Poderis veſtis erat ſacerdotalis, quam Ioſephus byſsinam vocat: diciturq́ à πους ποδός pes pedis & ἀρω adapto quòd ad pedes vſque congrueret, & producit pe. ſyllaba. Aurichalcum, vel vt alij ſcribunt orichalcum, æs eſt multo incendio ad auricolorem perductum, χαλκός enim æs interpretatur. Eſt & aliud aurichalcum naturale, quod Plinius Lib. natu. hiſtoriæ 34. capite ſecundo in terris reperiri teſtatur, & ob præcipuam bonitatem admirationem diu obtinuiſſe. Verum hoc loco ad id quod artificio conſtat reſpe-

Pſ.149.
Eph.6.
Io.8.b.
Ioannis.1.

ctum apparet. Porrò, quòd nos legimus, pedes eius similes aurichalco velut in camino ardenti, græcè aliquanto secus habetur ad hūc modum, οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι. Pro quo Tichonius hæc substituit verba. Pedes eius similes aurichalco libani, igniti velut in fornace ignis, ita scilicet vt igniti ad pedes pertineat. Verum sensus vtrobiq; idem est.

*Sacramentum septem stellarum quas ui. in dex. me. & septem cādelabra aurea.*) Septē candelabra aurea græcis accusatiui casus sunt: vnde liquet & sacramentum eodem casu accipiendum, & à verbo scribe regi debere.

*Septem stellæ, angeli sunt septem ecclesiarum.*) Angeli nomine hic & in sequentibus pastores & L. præsules designati sunt: iuxta illud quod per Mala. scriptum est vaticinij sui ca. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ab ore eius, qa angelus domini exercituum est.

## Ex capite II.

ET *angelo Ephesi ecclesiæ.*) Id est, præsidi Ephesinæ ecclesiæ, vt modo diximus.

Absconsus Act. 6. *Mouebo candelabrum tuum de loco suo.*) Id est, tollam à te ecclesiam, ne illi vltrà præsideas.

*Odisti facta Nicolaitarum.*) Hi Nicolaitæ à Nicolao, qui vnus è septem fuit diaconis cum Stephano in ministerium viduarum delectis, occasionem sui erroris sumpserunt. Is namq; quum ab Apostolis de zelotypia increparetur vxoris, quam admodū formosam habebat, vt sese de zelotypia corā Apostolis

pur-

purgaret, vxorem in publicum produxit, offerens etiam, vt qui vellet ea abuteretur, hoc ipso facto videlicet declarans quantum ipse à zelotypiæ ac libidinis morbo abesset, qui etiam propriam vxorem deserere, & alijs eam communicare (si Christiana id religio admitteret) paratum sese testabatur. Hoc igitur factum libidinosi quidam in peius interpretantes, hinc erroris sui ansam sumentes, palam docere non erubuerunt, quòd quisq; cum qua liberet fœmina nefario coitu cõmisceri posset. Qui quum sceleris sui Nicolaum illũ dicerent esse autorẽ, Nicolaitæ ob hoc appellari cęperunt. Qui plura desiderabit de hoc Nicolao cognoscere legat Ecclesiasticæ hist. Li. 3. ca. 29. Dicuntur etiã Nicolaitę inquit Beda, fabulosa quædã & pene gentilia de mundi prædicasse principio, nec ab eis quæ immolantur cibos suos separasse.

*Sed diues es.*) Bonis spiritualibus..

*Habebitis tribulationem di.* 10.) Pulchrè denario dierum numero præsentis vitæ tempus designat: qui numerus perfectus quidem est, sed interim exiguus respectu totius numeri denarium subsequentis: vt intelligas hoc ipso totum vitæ huius mortalis spacium comprehendi, sed breue interim hoc esse respectu temporis vẽturi, quod per reliquum numerum (qui in multas meriades profertur, imò nusquàm finitur, sed semper idem replicatur) tacitè designatum est. Itaque primis hisce 10. diebus, id est, dum in hac sumus vita mortali, varijs sumus tribulationibus expositi: quum autem hi dies feliciter fuerint cõsummati, tunc fiet id quod in hac eadẽ reuelatione

Apo.12.a. tione scriptum est: Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit neque luctus, neque cla. neque do. erit vl. quæ prima ab. Vnde & hic aptè subiungitur: Esto fidelis vsque ad mor. & dabo tibi cor. vi.

*Scio ubi habitas, ubi sedes est Satanæ.*) Tantundem est ac si dicat. Scio vbi habites, nimirum quod b. illic habites vbi sedes est Satanæ: hoc est, scio quòd inter impios qui thronus diaboli sunt, piam agas vitam. Hunc enim sensum sequentia postulare videntur, quum dicitur, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam: etiamsi nõ ignorem non deesse, r. qui hoc in malam partem interpretentur.

*Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis.*) Heic subaudiendum est fuit: aut, si magis placet quòd glos. indicat ord. eius exemplo laborate, alioqui inconsummata erit sententia. Quum autem dicit, in diebus illis: sentit, in diebus quibus Satanas agebat inter Pergamenseis.

*Doctrinam Balaam, qui docebat Balac.*) De Balac rege, & Balaam propheta vide Num. capite vigesimosecundo 23. & 24.

*Edere & fornicari.*) Edere sub. victimas idolorũ, hoc est, idolothyta, quod in græcis exprimitur, quã quàm ab explanatore quopiam adiectum arbitror. m.

*Similiter pœnitentiam agere.*) Illud similiter ad Ephesinæ Ecclesiæ episcopum referendum est, cui eadem pene increpatiõis verba quę huic Pergamensi episcopo prolata sunt: Age pœnitentiam, & prima op. fac, sin autem ve. ti. ci. &c.

*In gladio oris mei.*) Hebraico more dictum est, pro gladio oris mei: vel per hypallagen, ore, id est, acie gladij mei. Gladium, vocat sententiam extremi iudicij. Pugnabit itaq; gladio oris sui, quum in impios proferet sententiam æterni supplicij, dicendo, Ite maledicti in ignem æternum. Mat. 25.d.

*Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouũ scriptum quod nemo scit nisi qui accipit.*) Per manna absconditum intellige munus aliquod spirituale ac diuinũ. מנא siquidem Chaldæis & מן siue מנה Hebręis munus portio & donum dicitur. Vel per manna absconditum intellige panem illum verum qui de cælo descendit, vt animis nostris veram vitam conferret, cuius typum præferebat manna illud Israheli in deserto exhibitum, de quo in euãgelio scriptum est, Non Moyses dedit vobis panem, sed Pater meus dat vobis panem verum. Et ego sum panis vitæ. Per calculum verò candidum cui nouum nomen inscriptum sit, quod nemo scit nisi is qui acceperit, summam fœlicitatem, dignitatem, honorem, & prosperitatem intellige: cum quo calculo etiam nomẽ nouum sortiemur, nempè vt filij Dei nominemur ac simus: cuius nominis eminentissimam dignitatem nemo mortalium intelligere potest, prçter eũ, quem Spiritus adoptionis regenerando filium Dei & huius sacramenti nominis reuelatione sua scientem effecerit. Hinc autem sumpta est metaphora, quòd antiquitus calculis ferebant suffragia: & cui albus calculus contigisset ad dignitatem, aut præfecturam aliquam, vocabatur. In suffragijs etiam comitiorum r. e. e.

 nomen

nomen eius cui fauebatur calculo inscribebãt: id q̊d & hodie quidam imitantur dum in Epiphaniæ solennitate in factitio illo rege creando, ita schedulis sortiuntur, vt cui contingit schedula regis nomen continens, is pro rege habeatur, cui cæteri ex more applaudant & acclament. Legimus etiam niueis atrisq; lapillis, olim iudicia ferri solita, ita vt his damnarentur rei, illis autem culpa absoluerentur, quemadmodum testatur Ouidi. Metamorphoseos Li. 15. Vnde etiam læta & fœlicia albo lapillo, vel vnione, quæ vero secus habent atro lapillo notari dicuntur. Simile quid refert & Plutarchus in vita Periclis, quod vel maxime ad hūc locū pertinere potest, nempe quod cui contigisset alba faba, huic cæteris pugnantibus permitteretur in conuiuijs atq; otio agere: & quòd hinc quibus res aliquæ suauiter succederent dies illis albus contingere dicatur, nimirum ab alba faba. Est autem calculus teste Hieronymo genus quoddam lapidis durissimi & rotundi, & omni puritate leuissimi, vel omni parte lenissimi.

H. ad Da. Septuaginta.

*Quia permittis mulierem* Iezabel, *quæ se dicit prophetam, docere, & seducere seruos meos.)* Nonnulli simpliciter præsentem locum accipientes hanc Iezabelem mulierem quandam fuisse putant, quæ in ecclesia Tyatirensi scortatione sua, & peruersa doctrina multos ad impietatem protraxerit: nonnulli verò, haudquaquàm personam aliquam fœminei sexus: quin potius vel vitium aliquē ob peccati mollitiem mulieris vocabulo appellatum, vel peruersam doctrinam, seu hæreticam perfidiam designatam esse

esse arbitrantur: nonnulli etiam quorum maxima pars est ita mulierem fuisse tradunt, vt non modo nomen, sed & maleficium retulerit illius Iezabelis vxoris Achab regis Israel, quæ & prophetas occidisse, & ad impium cultum Baal virum suum adegisse scribitur. Vide tertio Regum capite decimosexto, decimooctauo, & vigesimoprimo.

*Edere & fornicari.*) Edere, subaudi de sacrificijs idolorum, id quod in græcis & in nonnullis etiam latinis exprimitur. Fornicari metaphoricos idololatriam indicare potest, vel scortationem: nam ad vtranque rem significandam sępe vsitatum verbum hoc in scriptura legimus.

*Quicunq; non habet doc. hanc.*) Id est, quicunque non receperunt doctrinam impiæ Iezabelis. Vide sequentia.

*Et qui non cognouerunt altitudines Satanæ, quemadmodum dicunt: non mittam uobis aliud pondus: tamen id quod habetis tenete donec ueniam.*) Primum aduerte non esse hic, τὰ ὕψη uel τὰ ὑψώματα, vt de elatione & superbia accipias: sed τὰ βάθη, id est, profunditates, quibus versutiæ & nequitiæ diabolicę fraudis intelligamus. Itaq; sensus hic erit vt quæ proxime præcedũt repetamus. Iezabeli & conscortatoribus eius comminatus sum venturos illos in maximam tribulationẽ, filiosq; illius morte interimendos, & ex hoc futurũ, vt omnes ecclesię cognoscãt q; ego sim scrutãs renes et corda, daturus vnicuiq; iuxta

opera ſua. Vobis autem, & cæteris ſimplicioribus, rudioribusq́, qui quod dixi me ſcrutari renes & corda, ac reddere vnicuique iuxta opera ſua, ad plenum non intelligitis: vel, vt alijs placet, qui non habetis doctrinam Iezabelis, nec intellexiſtis (quemadmodum dicitis vos excuſando) Satanæ profundiſsimas aſtutias, mitior erit tribulatio quàm Iezabeli. Nec enim aliud pondus tribulationis mittam in vos, quàm quod hactenus habuiſtis. Veruntamen hoc ſuſtinete donec veniam, id eſt, donec hanc vitam finiueritis. Alij ſecus interpretantur: nempè altitudines, ſuperbias: cognouerunt, approbauerunt, pondus legem veterem, quod habetis legem euangelicam, & item aliâs, verum quæ diximus magis congruere viſa ſunt.

*In uirga ferrea.*) Hebræorum more ita dictum eſt, pro ſceptro ferreo, hoc eſt, ſeuera & conſtanti autoritate atq; iuſtitia.

r. *Et tanquàm uas figuli confringentur.*) Hac metaphora indicat maximam profundiſsimamq́; humiliationem ac ſubiectionem gentilium, qua ipſi ita

d. confringentur, & abnegabũt quod ſunt, vt cũ Apo-

Gal.2.d. ſtolo non iniuria dicere poſsint, viuo autem iam non ego, viuit vero in me.Ch.

*Stellam matutinam.*) Stella matutina ipſe Chri-

d. ſtus eſt, qui in calce huius Apocalypſis ita loquitur. Ego ſum radix, & genus Dauid, ſtella ſplendida & matutina, ſiue antelucana. Vel dabo illi ſtellam ma-

b. tutinam, id eſt, dabo illi certum iudicium, & indubitatam ſpem æternæ lucis mox ſequuturæ.

## Ex capite III.

NOmen habes quòd uiuas.) Id est, opinionem bonæ vitæ habes. Nomen enim hic opinionem & famam indicat. d.

Qualiter acceperis & audieris.) Ea scilicet, quæ sunt fidei, & doctrinæ euangelicæ: vel etiam ea quæ ad munus spectant Episcopi.

Habes pauca nomina in Sardis * q nõ coin.uest.sua. Alias quæ.
Id est, paucos habes nominibus suis designatos mihiq; cognitos, qui à libidine & scortatione sua corpora (quæ veluti vestimenta sunt animarum) incorrupta & incõtaminata seruarunt. Potest tamen per vestimenta etiam prima illa innocentia quæ in baptismo confertur, & nouo vestimenti candore repræsentatur, intelligi. Quum autẽ dicitur pauca nomina, qui, relationem rei ad rem esse intellige. Ter. deres. gr. h. h. Allæotheta.

Hæc di.sanctus & uerus qui habet clauem Dauid qui aperit & nemo cla.&c.) Clauem Dauid variè accipiunt interpretes. Nam alij Christi (quem sanctũ & verum per antonomasiam dicit) humanitatem, per quam omnia omnium prophetarum sunt patefacta mysteria interpretatur. Inter hos autem est D. Hila. qui in psalmos præloquẽs, Quia inquit, scribæ & Pharisæi Dei filium natum in corpore non recipientes omnibus propheticę intelligentię aditum denegarent, sub denunciatione pœnę ita à domino arguuntur. Væ vobis legisdo. qui abstulistis cla. scientiæ: ipsi non intr. & introeuntes non si. intr. Negantes enim Christum, cuius aduentus opus est prophetarum, clauem scientiæ abstulerunt, quia cognitionem

nem legis, quæ aduentum domini corporeum prędicauit, fides corporei aduentus abnegata præcludit. Et hoc quidem ex omni scripturarum propheticarum genere dictum esse intelligendum est: vt nisi in aduentum domini ex virgine in hominem procreandi intellectæ fuerint, intelligentiarum vis obsignata habeatur. Nequaquàm psalmorum librũ nisi per fidẽ aduentus eius posse intelligi, ita be. Io. apocalypsi docemur. Hæc d. sanc. & ve. qui ha. claues Da. &c. Clauem igitur Dauid habet (Christus scilicet) quia ipse per hæc vi quadam, signacula quæ de corporalitate eius, passione, morte, resurrectione, gloria, regno, & iudicio, Dauid de eo in psal. prophetat, absoluit, aperiens quod nemo claudet, & claudẽs quod nemo aperiet. Quia per hæc quæ in illo expleta est prophetia aperiet quod nemo ꝑcludet: & ecõtrà expletæ in eo prophetiæ fide abnegata claudet quod nemo possit aperire. Itaq; hoc sensu vocabulũ Dauid, per metonymiam accipiendum est, qua operans pro ipso opere poni consueuit. Et quod dicitur clauis Dauid passiuè, non possessiuè, accipiendum: vt quemadmodum dicimus clauem ostij, qua ostiũ reseramus, ita & clauis Dauid dicatur, qua Dauidis vaticinia reserantur. Ideo autem peculiariter clauis Dauid dicitur, potius quàm Iesaiæ aut cæterorum prophetarum, quia & cæteros dignitate antecelluit, & primus post datam legem propheticam scripturam edidit: sed & præ cæteris altius mysteria Christi, nòn modò prophetauit & psalterio concinit, verũ etiam vita & gestis præsignauit. Alij clauem Dauid regiam potestatem intelligunt, qua Christus cũctis vel aperire vel claudere potest regni sui ostiũ, & qua omniũ

omnium poteſt ad fidei ſuſceptionē aperire corda. Alij gratiam Spiritus S. alij intelligentiam, ſiue poteſtatem aperiendi myſteria à Dauid vaticinata. Duo tamen priora mihi magis probantur.

*Ecce dedi coram te oſtium apertum, quod nemo poteſt clau. quia modicam habes uirtutem.*) Ecce, inquit, ego, qui clauem habeo Dauid dedi coram te oſtium apertum, id eſt, ſacrarum tibi ſcripturarum ſenſum patefeci: nam ea quæ in carne geſſi, id quod in ſcripturis latebat, aperuerunt: vel etiam oſtium fidei (de quo in Act. apoſt. ſcribitur) multis te pdicante aperui, cordaq; eorum fidei ſuſcipiendæ præparaui, cui rei nemo poterit obſiſtere: dedi inquam ego, quia pares tibi huic negocio vires non ſuppetūt, propterea quòd non niſi modicam habeas virtutem. Hunc autem ſenſum quod ad poſtremam particulam attinet græcus poſtulat ſermo, vbi non ἀρετῆς ſed δυνάμεως eſt vocabulum: niſi fortè malis hoc, pro illo poſitum accipere. Act. 14.

*Ecce dabo.*) Hic ſubaudiendum tibi, vt in nonnullis cod. exprimitur.

*Quoniam ſeruaſti uerbum patientiæ meæ.*) Id eſt, quoniam exemplum mei ſeruaſti in tolerandis aduerſis: vel quoniam doctrinam meam, ſiue rem patientiæ, & patientiam ipſam (hebraiſmus enim eſt) de malis æquanimiter tolerandis ſeruaſti. b.

*Tene quod habes.*) Hoc eſt, fidem, muneris tui functionem, tolerantiam, cæteraq; bona opera ne vnquam abijcias.

Qui

*Qui uicerit faciam illum colum. in templo Dei m. & foras non egredietur amplius: & scribam super eũ no. Dei m. & nomen ci. Dei m. nouæ Ieru. quæ descendit de cœlo à D. m. & no. meum nouum.*) Tanquam si dicat. Quisquis strennuè ac fideliter aduersus persequutionum & tentationum decertauerit insultus, dignus profectò erit, qui veluti columna inconcussa, in viuo Dei mei templo constituetur: infulcimentum, pariter & decus totius tam præclari ædificij. Vbi si semel fuerit constabilitus, fieri non poterit, vt aliquando suscepto priuetur honore, aut vllius persequutiõis atrocitate à fidei suę firmitate dimoueať. Quod si fortè hoc parũ videbitur, addam illud quòd præstantissimis quibusdam eum nominibus insignem atq; illustrem sim redditurus. Primum quidē à summo illo atq; immortali altissimi Dei nomine, Deus ac Dei filius iuxta psalmũ: deinde à noua hac & spirituali ciuitate Ierusalem, quæ fidelium ecclesia est, fidelis: tertiò quoq; à Christi nomine Christus siue Christianus merebitur appellari. Quãquàm per horum nominum inscriptionem virtus potius nominum quàm ipsa nomina potest intelligi. Dicitur autem ciuitas Ierusalem è cœlo descendisse, tũ quia spiritualis & cœlestis est, tum quia caput eius è cœlis profectum est.

Templum Dei sanctũ est quod estis vos. 1. Cor. 3. d. In quo omis ęd. com. cr. in tem. &c. Ephe. 2. d.

Ego dixi d. estis & f. ex. Psal. 81.

*Hæc dicit amen testis fidelis.*) Id est, indubitatè ac certissimè fidelis.

*Neq; frigidus es neq; calidus.*) Prouerbiali schemate dictum est, eodem sensu, ni fallor, quo D. Irenæus Li. aduersus hęreses. 1. ca. 9. aliud simile prouerbium, nempe, neq; intus, neq; foris, in mulierculas quaſdã compete-

competere testatur, quę quum intelligerent à Marci cuiusdam discipulis se fuisse delusas, non tamen cõmittebant se ecclesiæ vt remedio pœnitentiæ reciperentur in consortiũ vnde discesserant, sed inter vtrũq; degentes, nec Marcianis palàm adhærebant, nec ecclesiæ sese reconciliabant. Ita & hic, Laodicensium antistes nec calidus erat, quia zelo orthodoxæ fidei vt decebat antistitem aduersus impiorum dogmatũ assertores non ardebat: nec item frigidus, quia quũ ab errore illorum & fortè etiam ab alijs vitijs alienus non esset, exomologeseos tamen & pœnitentiæ remedia subire recusabat: atq; ita se frigidum esse negabat. Intelligendum ergo est frigidũ nõ fuisse iuxta suam ipsius dissimulationem opinationemq; : nec rursus calidum, iuxta angeli apparentis æstimationem. Itaq; dum idem angelus mox subiungit.

e.
n.
Quousq; claudicatis in 2.p.

*Vtinam frigidus esses aut calidus.*) Nequaquàm frigidum eum, hoc est, impium aut infidelem exoptat, sed vt frigidum se esse confiteatur, quò sic ad ardorem spiritualem, qui charitatis & fidei est, peruenire mereat. Ex planatores tamẽ q ante nos in hoc opus scripserunt aliquanto secus, nimirum frigidũ, prorsus infidelem, aut impium, calidum, fidelem, feruore charitatis ardentem, tepidum vero mediũ inter vtrunq; interpretantur: atq; ob id dictum esse vtinam frigidus esses aut calidus, quòd satius sit prorsus à fide esse alienum, quàm post fidem acceptam semi Christianum agere. Hæc sententia vt est non omnino mala, ita prima illa magis quadrare videtur etiã cum his quæ sequuntur. Posteriorem profert beatus Gregorius in suo pastorali, si quis fortè de ea plura desiderabit, p. 3. admo. 35.

Am. ser.2. in ps.118:&

Sed

Hier.in Ies. ca. 14. *Sed quia tepidus es.*) Per teporem, iuxta Hier. fidei intelligimus simulationem. Tepidus item intelligi potest, qui nec amorem nec Dei habet timorē: quemadmodum frigidus dici potest qui expers est amoris, calidus, qui amore feruet.

*Aurum ignitum probatum.*) Charitatem sentit veram & inconcussam, sed nec tentationum ignibus aliquādo flaccescentem. Beatus Gregorius per aurū sapientiam intelligit: de qua per Salomonem dicitur, Thesaurus desiderabilis requiescit in corde sapientis. Quę (inquit) rectè auri appellatione signatur, quia sicut auro temporalia, ita sapientia bona æterna mereantur. Gr. li. mor. 4. ca. 35.

*Et collyrio inunge oculos tuos ut uideas.* Quando mysticum est quod dicitur, collyrium cōtritionem, confessionem, lacrymas, aut simile quippiam accipere debemus, quo oculi mundentur interiores, vt videre possint quæ saluti sint opportuna. Quod ad vocis significantiam attinet, Collyrium medicaminis genus est (vt testatur Pli. Li. 21. ca. 20.) ex croco cōstans, quod præter alias vtilitates, quas habet, etiā contra oculorum suffusiones valet.

## *Ex capite IIII.*

ET *ecce ostium apertum in cœlo.*) Hoc ipso declaratur quòd huic Iohanni pandenda essent ea quæ tum in ecclesia tanquàm in cœlo quodam (cui summa illa maiestas interius exhibita pręsidet ac dominatur) gerebantur & in posterum erāt gerenda.

Et

*Et ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens.*) Per sedem siue θρόνον & sedentem in throno, sublimitas designatur diuinæ maiestatis, quæ sicuti in eminentißimo conspecta est loco, ita & ad longißima quæq; sese extendit.

*Similis erat aspectui lapidis iaspidis & * sardinis.*) Non satis constat de quo sentiat colore. Varia siquidem sunt iaspidum genera: inter quæ est Cyaneus gemma colore cæruleo, id est, cœlesti, in qua est aliquando & aureus puluis. Sunt & iaspides quidam smaragdis similes, de quorum colore mox dicemus: alÿ glauci, id est, virides, admistum habentes albo-rem: alÿ similes aëri: atq; item alij, vt recenset ex Plinio Perottus. Verum si ei operi fidimus quod falso Augus t. nomine fertur in hunc librum, quum sit Tichonij, quod Prima. & Be. sequuti sunt, iaspis aquæ colorem habet, sardius ignis: in quibus ÿdem duo iudicia intelligenda volunt, vnum quod iam per aquam factum est in diluuio, alterū quod per ignē fiet in consummatione seculi. Aliâs sardij

*Et Iris erat in circuitu sedis, similis uisioni smaragdinæ.*) Testatur hoc de smaragdo Pli. gemmam esse viridis coloris, eiusq; aspectum omniū esse gratißimum. Nullius, inquit, coloris aspectus iucūdior est. Nam herbas quoq; auidè spectamus, smaragdos tātò libētius, quādo nihil omnino viridius cōparatū illis viret. Præterea soli gemmarū contuentiū oculos implent, nec satiant. Iris aūt sacramentū, qm̄ Tichonius pulchrè nobis aperuit, ip sius verba subscribere placuit: Quid per hanc, inquit, nisi reconciliatio mūdi designatur, quæ per incarnati dispensationē facta cogno-

cognoscitur? Hoc certe si solerter inspicitur, effectus ipsius Iris indicare videtur. Arcus ita tuncq; apparet, quum radijs solis imbrifera fuerit nubes illustrata. Sole igitur nubem illustrante Iris apparuit, quia videlicet quum Patris verbum, quod candor est lucis æternę ac sol iustitiæ, humanam suscipiendo illustrauit naturam, ipsa humanitatis eius susceptio, quæ profecto nubes à propheta vocatur, reconciliatio facta est mũdi. Bene autem imbrifera, quia nimirum prædicationum eloquijs plena. Congruenter siquidem ad reconciliationẽ humani generis in no. Test. arcus figuratim apparuisse describitur, qui in veteri quoq; ideo in nubibus à domino positus intelligitur, vt post inundationem diluuij per eum terris pax reddita cognosceretur: vt scilicet eius visione, pacti sui memor omnipotens Deus, nequaquàm ultrà aquarum immensitate deleri terram pateretur.

*Vigintiquatuor seniores sedẽtes circumamicti uest. albis, & in capit. co. coro. au.*) Vigintiquatuor seniores q ad declarandã omnipotentis Dei gloriã, in circuitu throni eius consedere dicuntur, ecclesiæ rectores & episcopos designant: Atque hi quia non tam
Apo. 1. sacerdotes sunt quàm reges, iuxta illud: Fecit nos reges & sacerdotes, iccirco candidis vestimentis induti, & coronas aureas ferentes cernuntur: per quę mysticè illorum decor & gloria expressa intelliguntur. Ideo autem 24. seniores vel potius presbyteri (nam
n. dignitatem hic πρεσβυτέρους declarare arbitror potius, quàm ætatem) cernuntur, vt respondeant 24. sortibus sacerdotum, quas Dauid ex duabus familijs Eleazar & Ithamar filiorum Aaron cõstituit: vt

vt quemadmodum sub illis 24. sortibus, id est, 16. ex filijs Eleazar, & 8. ex filijs Ithamar, vniuersa sacerdo- 1.Par.14.
tũ ac Leuitarum turba continebatur, ita in his 24. presbyteris, omnes totius ecclesiæ præfecti designentur.

*Et de throno procedebant fulgura & uoces & tonitrua.)* Hoc est quod B. Mar. ait, illi autem profe- Mart.vlt.
cti prædi. vbiq;, do. co. & ser. cõfi. se s. Fiebat, inquit, Act.2.g.
B. Luc. omni animę timor, multa quoq; prodigia & sig. per apo. fi. Hæc autem è throno ꝑcedere dicuntur, vt intelligas diuina hęc fieri virtute nisi fortè malis de throno, de ecclesia, q̃ Dei sedes est, intelligere. Sunt qui fulgura, voces & tonitrua hæreticos significare velint, quòd hi similiter è sede proficiscantur 1.Io.2.
ecclesię, iuxta illud, Ex nobis prodierunt, sed nõ erãt ex no. verum mihi sanè hoc violentius videtur.

*In conspectu sedis tanquàm mare uitreum, sim. crystallo.)* Explanatores vno cõsensu mare vitreum, baptismum accipiunt, quod vitro & crystallo comparatur, propter suam puritatem, & purgandi efficaciam.

*Et in medio sedis & in circuitu se. 4. animalia ple. oculis ante & ret.* Hic rursus ferè consentiunt explanatores, 4. animantia 4. euãgelistas accipientes. In medio autẽ consistunt, quia perfecti quiq; ipsis quasi in medio positis intendunt, dum euangelicæ sapientiæ lectionibus vnanimiter vacant. In circuitu sunt, quia quæ legendo siue meditando intus didicerunt, foris circumquaq; pdicãt. Qui ideo pleni oculis ante & retro dicuntur, quia perfectissimã Dei ac diuinorum eloquiorum habuerunt Spiritu S. illuminãte cognitionem: ante per cognitionem futurorũ,

retrò per cognitionem præteritorum. Vel secundū Prima, euāgelia plena oculis sunt, quòd perfectè noui ac veteris Test. vniuersa contineant sacramenta. Hæc iuxta communem interpretum sententiam di cta sint. Quoniam autem hęc eadem de 4. animan
Eze.1. tibus visio Ezechieli ostensa est, non absurdum, imò vero etiam commodius iudicauerim, si quemadmodum per illa animantia 4. potentissima orbis regna, nempè per leonem regnum Chaldæorum siue Babyloniorum, quorum rex frequenter in scriptura leonis nomine figuratur: per faciem hominis, Persarum: per bouē, Græcorum: per aquilam, regnum Romanorum, propter eiusdem regni insigne, nonnulli intellexerūt: ita & hic oīa mundi regna, in 4 orbes partes porrecta intelligamus. Quę ad declarandū, tū diuinę magnitudinis potentiā, tū diuini cultus per vniuersum terrarum orbē dilatationē, deniq; se-
Et mutau. gl. dei in sim. &c. Rom.3. Et in circuitu & intus p.o. se illius quantumuis prius fuerint fortia aut crudelia &c. subdidissent imperio, in conspectu & in circuitu visi in sede sedētis altissimi Dei, cernuntur circunstare. Quæ & ob id animantium potius quàm alterius cuiuslibet rei ænigmate figurari debuisse mihi videntur, quòd animalia pro dijs coluerint: nam gens Israëlitica, non animalium sed seniorum personis figuratur. Cæterum quod dicitur, plena oculis ante & re. & paulò inferius, & in circuitu & intus ple. s. o. oculatissimam indicat illorum de diuina maiestate, deq; rebus cœlestibus cognitionem.

*Animal primum simile leoni: & se. si. uit. &c.*) Quo pacto singula hęc animalia singulis respōdeant euāgelistis D. Aug. li. de consensu euan. 1. ca. 6. edisseruit, cuius verba subscribo. Mihi videntur qui ex Apo. il-

la 4. animalia ad intelligendos 4. euangelistas inter pretati sunt, probabilius aliquid attendisse illi, qui Leonem in Matthæo, hominem in Mar. vitulum in Luc. aquilam in Io. intellexerunt, quàm illi qui hominem Matthæo, aquilam Marco, bouem Lu. Leonem Iohanni tribuerunt. De principijs enim librorum quandã coniecturam capere voluerunt, nõ de tota intentione euangelistarum, quæ magis fuerat perscrutanda. Multo enim congruentius ille qui regiam Christi personam maxime cõmendauit, per Leonem significatus accipitur. Vnde & in Apo. cũ ipsa tribu regia, leo commemoratus est, vbi dictum est, Vicit leo de tri. Iu. Secundum Mat. enim & magi narrantur venisse ab oriente ad regem quærendũ, q eis per stellã natus apparuit. Et ipse rex Herodes regem Christum formidat infantem, atque vt eũ possit occidere, tot paruulos necat. Quòd autem per vitulum Lucas significatus sit, propter maximam victimam, neutri dubitauerunt. Ibi enim à sacerdote Zacharia incipit sermo narrantis. Ibi cognatio Mariæ & Elizabeth commemoratur. Ibi sacramenta primi sacerdotij in infante Christo impleta narrantur. Et quæcunque alia possunt diligenter aduerti, quibus appareat Lucas intentionem circa sacerdotis personam habuisse. Marcus ergo qui neque stirpem regiã, neque sacerdotalem, vel cognationem, vel consecrationem narrare voluit, & tamen in eis versatus quæ homo Christus operatus est, tantum hominis figura significatus videtur. Hæc animalia tria, in terra gradiuntur, &c. At vero Iohannes super nubila infirmitatis humanæ velut aquila volat: & lucem incommutabilis veritatis acutissimis atque firmissimis

Apo. 5. a.
Mat. 2. a.

ſimis oculis cordis intuetur. Hæc pro communi explanatorũ intelligentia annotata ſint. Poterũt verò & aliter hæc animalia accipi, vt videlicet per Leonẽ, eccleſiæ atq; electorum fortitudinẽ: per vitulũ, piorũ in tribulationibus & perſequutiõibus mactationẽ: per hominẽ, naturalis rationis vſum, vel humanã fragilitatẽ: per aquilam, ſanctorũ ad cœleſtia aſcenſum ac deſideriũ intelligamus, cui etiam citra negotium aptari poſſunt ea quæ præcedunt & ſequũtur. Quanq̃ equidem magis probauerim eam interpretationem quam ſupra ſecundam poſui.

*Habebant alias ſenas.*) Senę alę celeritatẽ indicant p̃dicationis euangelicæ: vel iuxta alterum ſenſum, altiſsimã cœleſtiũ contemplationẽ: ſiue etiã euadendi

Et in cir. perſecutorum rabiem, facilitatem. Quod ſequitur, & in circuitu & int. ple. &c. ſupra explicuimus.

*Et cum darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem ſedenti ſuper thronum, uiuenti in ſæcula ſæculorum, procedebant uigintiquatuor ſeniores ante ſedentem in throno, adorabant uiuentem in ſæcula ſæculorũ, & mittebant coronas ſuas ante thronum, dicentes: Dignus es domine deus noſter accipere gloriam.*) Quũ darent, inquit, animalia gloriã ſedẽti ſuper thronũ: hoc eſt, quũ euãgeliſtę conſtanter ea q̃ ſunt fidei p̃dicarent, eoq; omnipotẽti Deo oẽm honoris reuerentiã impẽderẽt, hinc factũ eſt, vt & ſeniores ac p̃sbyteri (quorũ apud Iudæos 24. ſortes erãt) ſimiliter ꝓcederẽt & adorarẽt viuentẽ in ſecula, mittẽtes etiam coronas ante altiſsimi Dei thronũ, nimirũ hoc ipſo cõteſtantes, ſeſe ab illo quicqd habebãt glorię accepiſſe, & in illũ oẽm gloriã eſſe referẽdam.

Quòd

Quod si vero 4. animalia gentium regna accipias, illud hic significabitur quod ait apo. Quum pleni- Rom.11.c.
tudo gentium int. tunc omnis, &c.

## *Ex capite V.*

*ET uidi in dextera sedentis super thro. librum scri. int. & fo. si. sig. 7.* Iuxta antiquiorũ interp̃ sententiã, liber hic omnis sacrorũ bibliorũ scriptura intelligitur: q̃ tametsi varios habeat codices variosq́; eorundẽ autores, vnus tñ liber est, qa vno eodemq́; Spiritu dictante cõscriptus, vnus vnius verbi thesaurus & sacrariũ est. Cernit aũt hic liber in dextera, vt cũ illo cõgruat, q̃d in Deut. scriptũ est, In dextera eius ignea lex: scriptus intus & foris, vt intus nouũ foris vero vetus Test. intelligas: signatus sigillis 7. ꝓpter varias mysteriorũ qbus diuina scriptura inuoluta est obscuritates. Nã septenarius numerus nõ raro multiplicitatẽ numerũq́; infinitũ indicat. Nisi forte Hila. sententia magis placet, q in psalmos ꝑloquens determinatè 7. signacula enumerat, nẽpe hęc: corporalitatẽ, passionem, mortẽ, resurrectiõem, gloriam, regnũ, & iudiciũ. Sunt p̃terea q librũ, ꝑsentem hanc Apo. sunt qui diuinã dispositionem, sunt qui diuinã scientiam accipiant, & hæc quidem fortasse non ab surdè: verũ quia longũ esset omneis omniũ sentẽtias persequi, easdẽ ab alijs petẽdas relinquere visum est. r. Deu.33.

*Et uidi ange. fortẽ præ. uoce. ma. Quis est dig. ap. li.)* Angelus hic ita p̃dicans voce, antiquorum patrũ anhelam expectationẽ magnumq́; desiderium significat: de quibus in euan. dominus, Multi, inquit, prophetæ & iusti cupierunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt. r.g. Mat.13. b.

*Nemo pote. neq; in cœlo, ne. in te. ne. sub te. ape. li.)*
Gr. li. dia. 4. c. 42. In quo libro quid aliud (inquit Greg.) quàm sacra scriptura designatur, quam solus redemptor noster aperuit: homo factus moriendo, resurgendo, ascendendo cuncta mysteria quæ in eo fuerant clausa patefecit. Et nullus in cœlo, quia neq; angelus: nullus in terra, quia neq; homo viuens in corpore: nullus subtus terram dignus inuentus est, quia neq; animę corpore exutæ aperire nobis præter Dominum sacri eloquij secreta potuerunt.

*Neq; respicere illum.)* Id est, comtemplari splendorem gratiæ noui testamenti. Ita Tichonius, quē & Beda sequitur, adijciens & hoc: Sicut filij Israel in faciem latoris veteris test. nouum continentis nō poterant aspicere. Vel respicere iuxta quosdam, id est,
S. perfectè intelligere.

*Et ego flebam multum.)* Communem, inquit Be. humani generis miseriam agnoscens doluit.

*Vnus de senioribus.)* Sentit vnum quemlibet fuisse totum corpus prophetarum.

*Et uidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem tanq̃ occisum, habentem cornua 7. & oculos 7. qui sunt 7. spiritus.)* Dixerat modò vicisse leonem è tribu Iehuda metaphoricos eundem quem & agnum dicit si-
b. gnificans, nempè Christum dominū: hic iam quo-
c. modo & vbinam vicerit describit. Thronus itaq; 4. animantia, seniores, & agnus in medio stans veluti occisus, tota ecclesia cum suo capite est. In septē aūt cornibus summa principatus atq; imperij potestas exprimitur: qua agnus ipse, in passione veluti occisus

apparens,

apparens, cunctis imperat regnis, ficuti verè eſt rex regum & dominus dominantium. In 7. vero oculis q in agno occiſo, eo'q; & in eccleſia ſunt, ſanctus ſeptiformis Spiritus inſinuatur, quemadmodum & in ipſa contextus ſerie explicat, quum dicit, q ſunt 7. ſpiritus Dei miſsi in oẽm terram: quam particulã ita ordinãt nonnulli, vt ad cornua pariter & ad oculos pertineat, atteſtantes Spiritum hunc 7. cornibus ob eminentiã poteſtatis, ob illuminationẽ vero gratiæ ſeu ſapientię oculis cõparari. Cæterum qñ eccleſiam ex duobus populis collectam conſtat, non abſurdũ videtur, ſi in animãlibus gentilem, in ſenioribus verò Iehudaicum populum intelligamus. b.r.

*Et uenit & accepit de dextera ſedentis in throno librum.*) Hoc ęnigmate ſiue oſtẽto declaratur, quòd ſolus Chriſtus potẽs ac dignus eſſet, q per aſſumptã carnem aduenięns librum illum è dextera ſedentis in throno, id eſt, Dei omnipotentis acciperet, eiusq; myſteria reſeraret: qui quia tam potẽti altiſsimi Dei non ſiniſtra ſed dextera manu continetur, non poterat niſi a fortiſsimo accipi & aperiri.

*Quatuor animalia & 24. ſeniores.*) De his ſuprà diximus ca. 4.

*Phialas aureas.*) Phialæ uaſcula ſunt, quibus in ſacrificijs thymiamata, hoc eſt, ſuauia odoramenta offerri conſueuerunt in templo domini: ideo'q; & ſubditur, plenas odoramentorum quæ ſunt orationes ſanctorum. r.

*Regnũ & ſacerd.*) In archetypo cõmodius eſt, vbi Βασιλεῖς & ἱερεῖς ſcriptũ eſt. i. reges & ſacerdotes.

Quanq̃ id in grecis arbitror esse mutatũ. Nã eodem
1.Pet. 2.b. modo regnum dici possumus, quo nos Be. Pet. vocauit sacerdotiũ: Genus, inquiẽs, electũ, regale sacer.

*Super terram.*) ἐπὶ τῆς γῆς, idem valere potest quod ἐπάνω τῆς γῆς supra terram, hoc est, in cœlo. Potest & simpliciter accipi pro in terra, quemadmodũ in præcatione dñica, ὡς ἐν οὐρανῷ, & ἐπὶ τῆς γῆς.

d. *Vocem angelorum multorum.*) Angelos alij cœlestes spiritus seu nuncios in fidelium protectionẽ ac ministerium destinatos accipiunt, maximè quòd nato saluatore militia cœlestis exercitus Deo laudes cõcinuisse audita sit: alij homines iustos, ob id quòd hi ipsi etiam dij in scriptura appellari mereant: deinde quòd angelus officij nomen sit, non naturæ. Attamen quoniam non dicunt dignus est agnus qui occisus est, & redemit nos, aut simile quippiã, quale ab animalibus & senioribus paulò superius prolatũ est, qui occisus es & redemisti nos Deo in sanguine tuo, equidem iudicauerim de cœlestibus spiritibus intelligendum.

*Et quatuor animalia dicebant amen.*) Quid animalia signent supra indicamus ca. 4.

## Ex capite VI.

ET *audiui unũ de quatuor animalibus di. &c. Veni & uide.*) Hoc est vnum animal, quod quatuor: hoc vnum est & quatuor animalia, quod Iohãnes, qui ab vno animalium ad contemplanda Christi ecclesiæq; sacramenta vt veniat inuitatur. Tanq̃ si in apostolis præcedens ecclesia subsequẽti dicat. A mystico legis & prophetarũ eloquio ad cognitionis intel-

intellectum fidei paſsibus veni, & hoc quod intelle ctu capis, ipſius operis veritate completum inſpice. Ita ferè Primaſius.

*Et ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum habebat arcum, & data eſt ei corona, & exiuit uincens ut uinceret.)* Equus albus cœtus fidelium eſt, baptiſmo per virtutem ſanguinis Chriſti dealbatus: ſeſſor autem ipſe Chriſtus eſt, ſermone Dei viuo & efficaci & penetrantiori quouis gladio ancipiti, quaſi arcu quodam munitus: corona quoque in ſignum regię poteſtatis ac victoriæ inſignitus: ita vt non immeritò iam tũc victor ſecurus exierit, ſiue à Patre, ſiue è Ieroſolymorum ciuitate, vt amplius etiam vinceret, & calcata diaboli poteſtate tã in ſe quàm membris ſuis glorioſius triumpharet.

*Et exiuit alius equus rufus, & qui ſedebat ſuper illum datum eſt ei ut ſumeret pacem de terra, & ut in uicem ſe interficiant, & datus eſt ei gladius magnus.)* Equum rufum iniquorum cœtum, Chriſti & aliorum occiſorum ſanguine rubicundum, ſeſſorem verò eius diabolum intellige: cui primum hoc permiſſum eſt, vt eum qui iuxta Ap. pax noſtra eſt, Chriſtũ inquam, è terra tolleret viuentiũ, deinde & gladius magnus, hoc eſt, magna perſequendi pios poteſtas data eſt, ita vt tumultibus bellis, ac mortibus inuolueret omnia. Explanatores tamen illud, vt ſumeret pacem de terra, de pace mundana intelligunt.

*Et ecce equus niger, qui ſedebat ſuper eum habebat ſtateram in manu ſua.)* Equus niger falſorũ fratrum ſiue hæreticorum cuneus eſt, ſeſſor autem hæreſiarcha quiſpiam, vel etiam ipſe hæreticorum agi

rator diabolus. Et quia hic sessor plerunque ementitam præ se fert iustitiæ & æquitatis imaginem, quò videlicet facilius cuilibet imponat, hinc est quòd stateram in manu sua gestare dicatur.

*Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario, & uinum & oleum ne læseris.*) Quod ad literam attinet scito pro bilibris grecis esse ἡ χοῖνιξ quæ vox semodium significat, vel potius secundum Budæum, eam mensuram, quæ satis sit in cibum diurnum: cuiusmodi apud Hebræos gomor illud fuit de quo habes Exod. cap. decimosexto. Id autem colligit quum ex Herodoto tum ex hisce Suidę verbis. ἡ γὰρ χοῖνιξ ἡμερήσιος τροφὴ, id est, chęnix enim est diurnum cibarium. Hanc mensuram nõnulli libras 4. nonnulli vero tres pendere docent. Subaudiendum præterea est quod orationem reddat absolutam, nempe constat aut vendatur. Et læseris, id est, ἀδικήσῃς potest etiam esse corrupcris siue falsificaueris. Iam quod ad sensum mysticum attinet, Beda ita hunc locum interpretatur, vt tacitè indicet, in bilibri tritici maioris meriti fideleis, in bilibri hordei minoris, in denario precium redemptionis vtrorũque, denique in vino & oleo, sanguinem Christi & chrismatis vnctionem significari. Sic enim scribit initio ad postremam præsentium verborum partem respiciens. Caue, inquit, ne exemplo pessimo fratrem tuum scandalizes, propter quem Christus mortuus est: & sacri sanguinis chrismatisque portat insignia. Quia siue perfecti meritis, siue etiam minimi quique in ecclesia, fide tamen sanctæ trinitatis imbuti omnes eodem perfecto precio sanguinis domi-

dominici sunt redempti. Nec immerito bilibri,& non simplici libra fidei vel operis perfectio exprimitur,quæ vtraque in radice geminæ consistit charitatis.Hactenus ille. Sunt & aliæ huius loci interpretationes,de quibus si iubet vide glos.or.&c.

*Et ecce equus pallidus & qui sedebat super eum nomen illi mors,& infernus sequebatur eum.)* Equus pallidus hæreticorum furor est liuidus & inuidus:& hic sessorem habet mortem,quia videlicet inuidia r.
diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Quin & diabolus ac ministri eius metonymicos mors & infernus dicti sunt eò,quòd multis mortis & infernorum suppliciorum causa sint. Potest & simpliciter accipi quod hic spiritualiter mortuos ibi pœna sequatur æterna.

*Et data est illi potestas super quatuor partes terræ,interficere gladio,& fame,& morte,et bestijs terræ.)* Græce aliquanto secus est: si tamen mendo vacant codices: sic enim legimus. Καὶ ἐδόθη αὐτοῖς ἐξουσία ἀποκτεῖναι ἐπὶ τὸ τέταρτον τῆς γῆς ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν λιμῷ, καὶ ἐν θανάτῳ ὑπὸ τῶν θηείων τῆς γῆς. Et data est illis potestas interficiendi in quartam partem terræ, gladio & fame,& morte à bestijs terræ. Verum in sensu minimum erit discrimen, si meminerimus quod Be. annotauit tres equos malos diabolo sidentes,contra quartum ecclesiæ calcitrare equitatum:& si à bestijs accipias,per bestias. Quanquàm puto interpretẽ à bestijs scripsisse,idq; à sciolis occasione præcedentiũ copularũ in vicinam figuram,nempe & esse transfusum.

Vidi

*Vidi ſubtus altare animas interfectorum.)* Subter altare martyres cernuntur, tãquàm in loco ſanctiſſimo, in diem iudicij (quod ad ipſorum attinet corpora) reſeruati: vnde etiam multorum corpora martyrum in primitiua eccleſia ſub altaribus ſepulta leguntur. Vel ſubtus altare, id eſt, ſub protectione Chriſti: ipſe enim altare noſtrum eſt.

I.

*Vſquequo domine, ſanctus, & uerus, non iudicas & non uindicas ſanguinem noſtrum.)* Si mouet, inquit, Aug. cur electi Dei ſe vindicari deprecẽtur, quũ apertiſsime moneamur vt pro noſtris inimicis & perſequutoribus oremus: intelligendum eſt eam vindictam eſſe iuſtorũ vt omnes mali pereant. Pereunt autem duobus modis: aut conuerſione ad iuſtitiã, aut amiſſa per ſupplicium poteſtate, qua nũc aduerſus bonos, quàm diu hoc ipſum bonis expedit, vel tẽporaliter aliquid valent. Itaq; etiam ſi omnes homines conuerterẽtur ad Deum inter quos ſunt etiam inimici, pro quibus iubemur orare, diabolus tamen qui operatur in filijs diffidentiæ remaneret in fine ſeculi damnandus. Quem finem iuſti quum venire deſiderant, quamuis pro inimicis ſuis orent, tamen non abſurdè vindictam deſiderare dicuntur.

A. li. quæſ. 2. c. 45.

*Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis ut requieſcerent adhuc tempus modicum.)* Ante reſurrectionem ſancti ſingulas accipiũt ſtolas, quia ſola adhuc mentis beatitudine perfruuntur. Binas verò accepturi ſunt, quando cum gaudio perfecto animarum, etiam incorruptione corporum veſtientur.

gr. in præf. in Iob. & alias.

*Et ecce terræmotus magnus factus eſt, & ſol factus*

eſt

*eſt niger tanquam ſaccus cilicinus, & luna tota facta*
*eſt ſicut ſanguis, & ſtellæ de cælo ceciderunt ſuper*
*terram ſicut ficus emittit groſſos ſuos, &c.)* Hæc ad
futurum ſeculi finem referenda ſunt: tunc enim gra
uiſsima in toto orbe terrarum per Antichriſtum &
ſuos excitabitur perſequutio, quæ per terræmotum
ſignificata eſt. ſol iuſtitię Chriſtus, illuminans omnẽ d.
hominem veluti ſaccus cilicinus vilis, , inglorius &
obſcurus apparebit: nimirum iniquo illo ſeſe extol
lente ſupra omne quod dicitur Deus, aut numen: lu h.
na, id eſt, eccleſia, fulgorem ſuum à ſole Chriſto exci
piens, propter interfectorum multitudinem veluti
ſanguinolenta conſpicietur: ſtellæ quoque quæ ſan
ctitate dignitateúe cæteris videbantur præeminere
à fidei ſtabilitate & ſublimitate propter perſequutio
nis atrocitatem deficient ac deſident, ad eum videli
cet modum quo immaturi ficuum fructus proijci
ſolent, quum à vento valido agitantur. Poſſunt ta- h.
men hæc ipſa etiam ad prima naſcentis eccleſiæ tem
pora pertinere. Quòd ſi quis vero hæc & ſequentia
iuxta literam intelligẽda cẽſuerit, nihil equidem re-
fragabor, maximè quũ eadem ferè & à Chriſto præ-
dicta in euangelijs legamus.

*Et cœlum receßit ſicut liber inuolutus.)* Sentit ec-
cleſiam in antichriſti perſequutione prudenter ad
tempus ceſſuram ipſius tyrannidi, perſequutionisq́;
immanitati: vel etiam ceſsiſſe ſi hæc ad primitiuam
eccleſiam referre malis: eritq́; tanquam liber inuolu h.
tus myſteria quidem continens, ſed interim abſcon
dens.

*Et omnis mons & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt,*
*&c.*

&c. Vt in summa dicam, sentit diuersos pro diuersitate officiorũ, status, conditionisúe homines à persequutionis atrocitate commouendos: sed pios pedetentim ad tempus cedentes, mouendos quidem, sed non deijciendos, impios vero etiam à fide defecturos. Potest tamen totus hic locus ad solos impios pertinere.

*Absconderunt se in speluncis & in petris montiũ: & dicũt mõ. & pe. Cadite super nos, & abscõdite etc.* Quum infirmiores quiq; (inquit Beda) tunc præcelsorum in ecclesia roborari exemplis, cõsilijs muniri, protegi monitis, & precibus quęrũt obumbrari, quasi ipsos super se montes per affectum compassionis

Psa. 103. cadere deprecantur. Montes enim excelsi ceruis, petra refugium erinacijs. Possunt tamen hæc vel de re

d. probis accipi, qui in sęuissima illa tribulatione, & ab vltione diuina se quęrent abscondere atq; effugere.

*Dies magnus iræ ipsorum.*) Dies iræ, dies vltionis & afflictionis, iuxta scripturæ consuetudinem appellata est.

## *Ex capite VII.*

*Post hæc uidi 4. angelos stantes super 4. angu. terræ, tenẽ. 4. uen. ter. ne flarẽt super terrã, etc.* Si quæ in pręcedenti ca. scripta sunt sub 6. sigilli apertione ad Antichristi tempora referas, quemadmodũ referunt omnes ferè huius operis explanatores, etiã hæc ad eadem tempora pertinere necesse est. Itaq; angeli hoc loco dęmones intelligendi sunt, qui nõnunquàm angeli in scriptura appellantur. Continebunt

nebunt autem hi angeli 4. ventos terræ, id est, euangelicæ veritatis prædicatoribus obstacula obijcient nequà possit illorum flatus erumpere, & perflare diuersas mundi regiones. Sunt qui per quatuor angelos 4. regna intelligant, Assyriorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum: sed hoc magis videtur congruere cũ ea sententia quæ hæc & præcedentia ad recens natę ecclesiæ persequutionẽ refert: quanquàm & prior illa sententia probè cum prima quadret afflictione. Porrò qui curiosius singularum vocum differentias obseruant, in terris aiunt diuersitatem prouinciarum, in mari insularum, in arboribus hominum designari. b. b.

*Et uidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei uiui.)* Angelus ab ortu solis ascendens habensq; signum Dei viui, ille est magni consilij angelus Christus dominus à prima proficiscens totius luminis origine, signum etiam secum ferens, id est, palam declarans opere ac sermone se vere Filiũ esse Dei viui. Vel σφραγίδα hoc est, signaculum siue sigillum quo inuiolabilis Christianæ fidei autoritas designari potest, qua suos Christus præmunit aduersus omnem nocentium angelorũ malitiam atq; potentiam. Atq; hoc sanè magis quadrat cũ his quæ subijciũtur. Christum aũt angelum nominat, ob id ni fallor, q; eis quibus tum hęc scribebat sanctius ac celebrius haberetur angeli nomen q̃ Iesu, vt q̃d multis adhuc esset inuisum & odiosum. r.

*In frontibus eorum.* Signa siue signacula in frõtibus seruorũ Dei apertam, liberã ac manifestã declarãt suę fidei autoritatem siue etiam professionem.

Et

*Et audiui numerum signatorum* 144000.) Quædam synecdoches species est, vt intelligas in numero finito innumerabilem credentium multitudinem designari.

*Ex tribu Iuda.*) Aduertendum in hoc catologo Dan prætermitti, & huius loco Manassen substitui: cuius causam esse putãt, quòd opinio sit ex Dan nasciturum esse Antichristum, vtpotè de quo tale prolatum sit à Iaacob vaticinium. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita mordens vngulas equi: & cadat ascensor eius retro. Vnde Iren. huc etiam pertinere dicit illud Iere. Ex Dan audiuimus vocem velocitatis equorum, à voce hinnitus decursionis equorũ eius commouebitur terra, &c.

Gen.49.

Ir.li.5.in fine.

Ier.8.f.

*Post hæc uidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in cõspectu agni amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorũ.* In vestimentis albis puritas vitæ per sanguinẽ Christi dealbatę: in palmis verò victoria designatur. Porro quod ad verba ipsa attinet videtur subesse mẽdum, propterea quòd sermo præterquàm quòd à græcis discrepat etiam solecismum habeat: dum dicitur, vidi turbam magnam, stantes, amicti stolis: nam ita iungenda esse verba apertius ex græcis liquet, vbi nihil est absurdi. Ita enim habent. Post hæc vidi, & ecce turba ingens, &c. stantes ante thronũ, & in cõsp. agni, amictæ stolis albis. Nam quòd turba dictio collectiua epithethon habeat numeri pluralis nihil nouum, præsertim apud græcos. Vt igitur sermonis latini occurramus incommodo, aut in illo stantes

subaudiendum est ὃ erant, aut certè legendum, vidi & ecce turba magna. Porro dum interpres etiam genus commutat dicens, turba amicti, intelligēdus est ad rem potius aut ad vocem græcam περιβεβλημένοι respexisse: quàm ad congruentiam grammaticam: aut fortasse subaudiuisse illud populi quod præcessit. Commodè ergo Ticho. qui sic habet: vidi & ecce populus multus, &c. amicti, &c. n.

## *Ex capite VIII.*

*FActum est silentium in cœlo quasi media hora.)* Silentium in cœlo pacem & quietem esse voluīt quam post Antichristi interitum habitura est ecclesia: sed breue tēpus quasi mediam horam duraturam propter superueniens ilicò iudicium. Alij silentium quietem illā significare tradunt de qua Ps. loquitur. Terra tremuit & quieuit quum exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ. Mihi etiā videtur & hoc ad primitiuę ecclesię statum pertinere, quemadmodū et cætera tam præcedentia, quàm sequentia. Ps. 75.

*Et uidi septem angelos stan. in con.* Dei, *& datæ sunt eis 7. tubæ.)* Hactenus 7. sigillorum sacramēta descripta sunt: hic autem secūdum quosdam nouæ incipit visionis demonstratio. Probabilius tamen est etiam hęc sub 7. sigilli reseratiōe conspecta fuisse, & ad statum primitiuę ecclesię ut de alijs diximus pertinere. Proinde 7. angelos tubicines, vniuersos euangelicæ veritatis præcones accipimus, magnis euangelij vocibus quasi quibusdam tubis concrepantes.

*Et alius angelus uenit & stetit ante altare, habens*

*thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum om. super altare.* Hic rursus Christus angelus appellatur, qui in præsentia & conspectu diuinæ maiestatis, quasi sacerdos in loco sacratissimo ante altare assistit, offerens ibi & orans Patrem cœlestem, vt sanctorum, id est, fidelium preces & vota veluti quædam thymiamata accepta habere dignetur. Nam quòd per incensa preces signare voluerit, hoc ipsum declarat quod dicitur, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum. Rupertus verò, pressius literæ inhærēs per angelum Michaelem archangelum quē & principem ecclesiæ esse docet: per altare, Christum per

d. thuribulū, fidē vult intelligi. Multi etiam per thuribulū corpus Ch. intelligūt. Vnde id quod sequitur.

*Et accepit angelus thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris & misit in terram.)* Tunc impletum esse volunt, cum Christus ignem in se habēs sancti spiritus siue etiam charitatis in terram descendere dignatus est. Non desunt præterea, qui thuribulum apostolos intelligant, quòd hi vasa sint

g. Spiritus S. quòd ex his precum thymiamata exurgentia cœlos penetrent, denique quòd hi missi sint in vniuersum terræ orbem, edituri tonitrua, voces & cætera quæ sequuntur.

Dirigatur oratio. m. sicut incē. in con.

*Et facta sunt tonitrua & voces, & fulgura & terræmotus.)* Tonitrua hæc terriculamenta sunt, & cœlestis increpationis verba, voces exhortationes, fulgura miraculorū coruscationes: terræmotus vero ingens mortaliū tumultus & conquassatio, ex quibus alij ad pietatē, alij cōtrà ad infidelitatē permoti sunt.

Et

*Et pri. angelus tuba cecinit, & facta est grando & ignis mista sanguine, & missum est in terram, & tertia pars terræ combusta est, & ter. pars ar. concremata est, & omne fœnum uiride combust. est.* Septem angeli siue nuncij diuersos indicant concionatorū catholicæ fidei ordines. Verum quoniam horū prædicationi multi pertinaciter restiterunt, hinc variç sub eisdem plagæ, signa, tumultus, terrores & væ, quæ diuersis metaphoris exprimuntur. Dum enim Iehudei primis euangelij præconibus credere recusarunt, mox diuina illos vltio subsequuta est. Dū autē dicit & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars ar. &c. diuersos indicat eius populi status, huius mali fuisse participes. Quod ad literam attinet, illud mista sanguine, ad vtrunq; nēpe grādinem & ignem referendum est: & missum, ad totum illud præcedens grando & ignis mista sanguine. Græca ad hunc habent modū, καὶ ἐγένετο χάλαζα καὶ πῦρ μεμιγμένα αἵματι, καὶ ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν, Quç ita cōmodius verti poterant, & facta est grando & ignis mista sanguine, & missa sunt in terram.

*Et tanquàm mons magnus igne ardens missus est in mare, & facta est tertia pars maris sanguis, & mortua est tertia pars creaturæ eorum qui habebāt animas in mari, & 3. pars nauium interijt.)* Sentit diabolum superbia tumidū ac furoris sui igne ardentem in mare huius seculi emissum, ac proinde bonā huius mūdi partē, sanguine, mortibus & interfectiōibus replerā, demq; bonā eorū qui animas. i. vitā in hoc mari habebāt partē, aut violēta morte perēptā aut spirituali

ter in anima trucidatam: & in summa nil illic non interire, vbi ille sedem habuerit.

*Et cecidit de cælo stella magna ardens tanquam facula, & cecidit in tertiā partē fluminū, in fon. aq. & no. stel. di. absinthium &c.)* Heretici (inquit B.) quos Iudas apostolus sidera seductionis appellat, de culmine cadentes ecclesiæ, flamma suæ nequitiæ fontes diuinarum conantur inficere scripturarum: in quarum non sensus tantum, sed & verba sæpius infal are non timent: absinthij nomine digni, cuius immixtio modica magnā solet amaricare dulcedinem. Et subdit, & multi homines mortui sunt de aqs. Mul

2.Pet.2.a. ti enim, vt ait apostolus, sequuntur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphematur. Sed tamē popu lo Dei Moyse docente, omnis aquarum vnda potabilis est.

*Et percussa est 3. pars solis, et 3. pars lunæ, et 3. pars stel. ita ut obscuraretur 3. pars eorū, & dici non luceret pars 3. & noctis similiter.* Hoc est Quicqd erat in ecclesia luminis, aut splēdoris, siue maximū siue minimū, magna ex parte obfuscatum ē, idq; nō ipsius luminis sed vitio eorum qui eius debuerant esse participes, ita vt Iehudæorū, qui per diem intelligi possunt, & gentilium qui per noctē ex tribus vix binæ partes fulgentes ac lucidæ conspicerentur: quum tamen pariter omnes saltem exigui alicuius luminis participes esse debuissent.

*Et uidi & audiui uocē unius aqlæ uolātis per mediū cæli, dicētis uoce magna. Væ, uæ, uæ, habitātibus in ter.* Per aquilam volantē per mediū cęli cōmuniter prędicatorum vniuersitatem intelligūt interpretes, sua

prędi-

prędicatione medium ecclesię peruolantē. Ego nequaquā absurdum iudicauerim, si aquilam specialiter Apo. Paulum accipiamus, vtpote qui longius à terrenis eleuatus in tertium vsq; cælum raptus fuerit, & altius etiam cæteris apostolis per medium ecclesiæ discurrendo formidabile fluxarū rerū amaro tibus vę intonuerit. Habitantes autē in terra, non tā corpore, quàm animo terrenis addictos indicat.

## Ex capite IX.

*ET uidi stellam de cælo cecidisse in terrā, & data est ei clauis putei abyßi. Et aperuit puteū abyßi, & ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol & aër de fumo putei.* Stellā illam imam hereticorū diabolum dicit, quē dominus iuxta euangelium instar fulguris de cælo cadentem vi derat, cui propheta loquitur. Quomodo de cœlo ce cidisti lucifer qui mane oriebaris. Vnde & notanter hic vidi, inqt, nō cadentē sed cecidisse, vel πεπτωκότα quæ ceciderat in terrā. De hac stella pręcedenti cap. sub tertio angelo pauca memorauerat: verum hic quo fomite adoleuerit exponit, causamq; quæ idololatrię & omnis hæreseos initiū fuerit exponit. Nā data est illi, inquit, clauis putei abyssi. i. potestas illi cōcessa est omnis impietatis omnisq; mendacij, quę veluti abyssus immensæ sunt profunditatis. Vbi aūt talis puteus abyssi aperiri cępit, fumus hīc exhalauit mirū in modum grauis ac noxius, qui non imbecilliores tm̄, intra aeris terrę quodā modo cōfinia tangentes, sed excelsiorum quoq; lumē obscurare laborat: nimirum hoc agens vt si fieri posset, in errorem inducat etiam electos.

Luc. 10. a.
Iesa. 14. d.
b.
r.
b.
Mat. 24. b

*Et de fumo putei exierunt locustæ in terram: & data est illis potestas, sicut habent scorpiones terræ: & præceptum est illis ne læderent fœnum terræ, neq; omne uiride, neq; omnem arborem, nisi tantum homi-*
r.b. *nes qui non habet sig. Dei in fron. s.* De fumo, inquit, exierunt locustę, qa videlicet fumus erroris & hereticæ insaniæ multos generat Christianę religionis hostes. Cuiusmodi autem sint hi hostes ipse aperuit dũ dixit: Et data est illis potestas sicut habent scor. Nec enim simplices & aperti aduersarij sunt, sed callidi & occulti pietatis sæpenumerò imaginem præ se ferẽtes, sed vt scorpiones in posterioribus lætale venenũ circumferentes. Deinde in eo quod subdit, & præceptum est illis ne lęderent fœnum: ostendit per similitudinem non per proprietatem locustas de fumo il
r. lo exisse, dum videlicet non fœnum terræ & omne viride, omnemq́ arborẽ demoliri, quod propriè locustarum est, sed in homines grassari permittuntur. Cæterũ homines nõ habẽtes signũ Dei in frõtibus suis, sunt nõ habentes fidem in corde ad iustitiã, nec confessionem in ore ad salutem. Vel præceptum est illis ne lędetent ὁν χόρτον. i. gramen terę &c. hoc est electos viro re grę pullulãtes, atq; optimos virtutum
b. fructus proferẽtes, nisi tantũ eos qui prędestinati ad vitam nõ sunt, nec gratia S. S. insigniti. In hũc prępositę imaginis sensum consentiũt fere interpretes: poterit tamen & aliter fortasse etiam rectius ita intelligi, vt per stellam sathanam, per puteum abyssi gehẽnam, per clauem potestatẽ, per fumum malitiam, per solẽ Christũ, per aërẽ electos, per locustas diuersos dęmones, figuratos accipiamus. Et huic sentẽtię

citra

citra negocium aptari possunt quę sequuntur.

*Et datum est illis ne occiderent eos sed ut crucia rent mensibus 5. Et cruciatus eorum ut cruciatus scorpij quum percutit ho.)* Quanq̃ multi expositorum illud ne occiderent eos, de morte aïæ dictũ accipiant: rectius tamen de corporali morte intelligitur, id q̊d sequentia probare possunt. Describit eñ hic q̃ sit intollerabile malum, diabolicę persequutionis per impios & hæreticos illatam perpeti afflictionem. Propter quod etiam subditur, & quęrent homines mortem & non inuenient. Datũ est ergo illis, inq̊t, ne ad afflictiõis mitigationẽ breuiationẽq; prorsus extin guerẽt eos, ne videlicet doloris acerbitatẽ mortis sequutura crudelitas quasi clauus clauũ expelleret, atq; adeo ob finem tandẽ superuenturũ tollerabiliorem redderet: sed cruciarent mensibus 5. hoc est, toto vitæ huius spacio, propter quinq; videlicet humanę vitæ ætates. Et cruciatus eorum, vt cruciatus scorpij quum percutit hominẽ: quod perinde est ac si dicatur. & cruciatus eorũ admodum amarus est, veluti cruciatus hominis quũ à scorpio percutitur. Nã cruciatus scorpij actiuam significationẽ habere debet: alioq; si passiuè accipias, cruciatus scorpij quũ percutit hominẽ, is erit quo ipse scorpius cruciatur, dum percutit hominem. Idem sermonis character est in illo, propter metum Iudęorũ. Est autẽ scorpius idem quod & scorpio, serpentis genus cauda feriens. De quo Plin. inter multa quæ de scorpionibus tradit, pestis, inq̊t, importuna veneni serpentiũ, nisi q; grauiore supplicio lẽta per triduum morte conficiunt, virginibus letali semper ictu, & fœminis ferè in totum: viris aũt matutino excũtes cauis, priusq̃ aliquo Pli.li.11.ca. 25.

 fortuito

fortuito ictu ieiunum egerant venenum. Semper cauda in ictu est, nulloq́ momento meditari cessat, ne quãdo desit occasiõi. Ferit obliq̃ ictu & inflexu.

b. *Quærent homines mortẽ & nõ inuenient eã.* Miseram quippe vitam cita morte finiri desiderabunt.

*Et similitudines locustarum similes equis paratis ad prælium: & super capita earum tanquam coronæ similes auro, et facies earum tanquàm facies hominum: & habebant capillos sicut capillos mulierum: & dentes eorum sicut dentes leonum erant: & habebant loricas sicut loricas ferreas: & uox alarum earum sicut uox curruum equorum multorum currentium in bellum: & habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum: & potestas earum nocere hominibus mensibus quinque: & habebant super se regẽ angelum abyßi.*) Hęc omnia natiuam conditionẽq́ exprimũt hęreticorũ. Sunt enĩ (vt paucis singula exponẽdo perstringamus) similes equis paratis ad prę-
g. liũ: quia veloces pariter & feroces diabolico impetu, veluti sessore agitati in quosuis siue vicinos, siue hostes ferũtur, et mordicus semper sua dogmata defensare sunt parati: similitudines aurearũ coronarũ ge-
b. stant, dum falsos sibi fingũt de victoria stulta triumphos: facies eorum tanquam facies hominum, propter rationis simulationem: capilli vt mulierũ, propter laxos et effœminatos mores atq́ effectus: dẽtes
b. eorum quasi dentes leonũ, ad laniendas et perdẽdas animas: quanquã in dentibus leonũ q & laniare solent, et naturalẽ dicunt ardere furorẽ, mẽtis ferocitatẽ, famãq́ doctrinę malę intelligere possumus: lori-

cas

eas ferreas habẽt, propter obdurata aduersus verita- g.
tẽ pręcordia: vox alarũ earum, id est, tumulus senten
tiarum quem faciunt vbi se deficere conspiciunt, vel
vox elationis & temeritatis, vel strepitus exercituum
earum, magnus, confusus, & tumultuans, sicuti esse
consueuit vox curruum, qui equis multis trahenti-
bus feruntur ad bellum: caudas habent vt scorpio-
nes aculeatas, quibus latenter feriunt, quum interim
facie blandiantur: nocendi potestas quinque mensiũ
est, totius spaciũ vitę cõplectentium, propter quinque
ætates quibus hæc vita peragitur: denique ducem ha-
bent principem illum tenebrarum angelum abyssi.

*Hebraicè Abáddon, græce aũt Apollyon.)* אבדון enim, ab אבד disperdidit vel perijt, perdens, exterminans, & perditio interpretatur. ἀπολλύων, ab ἀπολλύειν perdere, destruere, vel perire, perdens destruens, exterminans, vel periens dicitur.

*Væ unum abijt, & ecce ueniunt adhuc duo uæ post hæc.)* Abijt, inquit, ordine narratiõis, & ordine temporis: sed necesse est vt & alia duo reliquis duobus angelis tuba canentibus succedant.

*Et audiui uocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei dicentem 6. angelo, qui habebat tubam. Solue quatuor angelos qui alligati sunt in flumine magno Euphrate.)* Hæc penultima plaga vsitatiori sensu ad tempora Antichristi refertur: non reclamauerim tamen, si quis ad præterita tempora referre maluerit. Vox illa vna ex quatuor simul cornibus, id est, angulis altaris audita, concordem indicat vnius ecclesiæ, vel vnius fidei ex quatuor euangelijs prædicationem: quę vox ex imperio & instinctu

Spiritus dei quo ipsa ecclesia gubernatur, sexto illi angelo, id est, sexto defendentium vel prædicantium fidem catholicam ordini iubet vt soluat soluiq́ permittat principes illos dæmones, qui ob quatuor mundi plagas quibus dominari sinuntur, & quatuor altaris angulos quaternario numero signantur. Iubet inquam, vt soluat eos, qui eatenus in magno fluuio Euphrate, id est, in hoc mundo fuerant alligati. Vel vt simplicius dicam ac fortasse etiam verius quod Beatus Iohannes in mystica visione audiuit vocem ex quatuor cornibus altaris, vel vt legit Tychonius, vnum ex quatuor angulis altaris aurei iubentem angelo vt solueret angelos alligatos, indicat quantum ex permissione diuina antiquus hostis cum satellitibus suis in fine mundi sit ecclesiam
B. persequuturus, qui à tempore dominicæ passionis in corde reclusus impiorum, ne hanc quantum velit noceat diuina potentia refrenatur. Cęterum hi quatuor angeli ijdem sunt, qui supra ca. 7. ab angelo habente signum Dei viui à terræ marisq́ læsione scribuntur prohibiti.

*Et numerus equestris exercitus uigies millies dena milia.*) Impiorum hominum, hæreticorum, siue infidelium exercitus equestris dicitur ob fastum, ferocitatem, ac superbiam: cæterum numerus ipse, teste Beda, dolosam duplicitatem designat peruersi exercitus, id quod græca lectione quæ dicit δύο μυριάδες μυριάδων duę myriades myriadum, facilius sentiri potest. Duæ autem myriades myriadum, idem sunt, quod vigies millies dena milia, id est, ducenties mille milia: siue decies millies

lies viginti milia: vel vigies mille myriades. Myrias enim decem milia continet. Scribitur autem hic numerus sic: 20000000. quibus notulis bis centum miliones (vt arithmeticè dicam) computantur.

*Et qui sedebant super eos habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas: & capita equorum erant tanquam capita leonum: & de ore eorum procedit ignis, fumus & sulphur.*) Equos homines dicit, sed præcipuè principes ac potentes: sessores eorum, spiritus malignos. Quales autem ipsi spiritus sunt, tales & equos suos efficiunt, nempè cupidos, superbos, libidinosos. Quid em̃ per ignem, nisi cupiditas, quid per fumum, cuius loco in priori parte vbi de equitum armatura agitur & hyacinthinas ponitur, quod cœli colorem habet, nisi superbia: quid denique per sulphur fœtidum, nisi fœdam libidinem intelligimus? Equitibus autem quos describit loricatos loricis igneis &c. equos suppares & æquales esse testatur, dum de equis loquens subiungit: Ex ore ipsorum procedebat ignis, & fumus & sulphur. Sunt tamen, qui per hæc eadem, blasphemias aduersus Deum: sunt, qui vltrices pœnas intelligant: inter quos est Beda, scribens in hæc verba. Spiritus maligni quorum cordibus præsident, eorum sunt pœnis * amicti. Legimus enim adorantes bestiam igne & sulphure torquendos, & fumum tormentorum eorum in secula seculorum ascendere. Cæterum in capitibus leonum sæuitia designatur persequutionis. Aliâs admixti. Inf. 14. b.

Potestas

*Potestas enim equorũ in ore eorũ est, & in caudis eorũ: nã caudæ eorũ similes serpentibus habẽtes capita & in his nocent.*) Rationẽ reddit quur dixerit ignẽ, sulphur, & fumum efflari ex ore equorum. Sentit autem equos istos, id est, ecclesiæ persequutores duplicem habere nocendi potestatem, nimirum impiam

e. doctrinam pariter & callidas imposturas. Nam caudæ inquit, eorum similes serpentibus, hoc est, imitãtur malignos spiritus, plenique sunt spiritu mendacij, qui per serpentem primum hominem decepit. Denique & ipsę caudę capita habent, per quæ vel maximè noceant, hoc est, principibus ac potestatibus adhærent, & eorum patrocinio fulti quos seducere nõ valent, premere præualent, vt ipsorum vel inuiti sequantur errorem. Vide beatũ Gregorium libro moral. 33. ca. 29.

*Et cæteri hõies, qui non sunt occisi in his plagis &c.* De gentilibus loquitur. Habet autem totus hic sermo aposiopesin siue anapodoton, vt subaudias q̃ppiam quod orationem reddat absolutam, vt & ipsi malè peribunt, vel ipsi bibẽt de phyalis plenis iracũ

f. dia Dei viuentis, aut id genus aliud.

## *Ex capite X.*

*ET uidi alium angelum fortem descendentem de cœlo, amictum nube, & Iris in ca. eius, & facies eius erat ut sol, & pedes eius tanquàm columnæ ignis.*)

b.d.h. Post descriptas varias ecclesię afflictiones, hic (quemadmodum & in superioribus factum est) etiam læta quędam ad eandẽ pertinentia recapitulatione quadam interserunt. Est enim eadem huic autori quæ

pro-

prophetis consuetudo, vt deserto narrationis ordi-
ne eandem ferè rem frequētius, sed alijs atque alijs mo
dis & nonnunquam dilucidius rememoret atque incul-
cet. Itaque angelus iste fortis amictus nube, Christus
dominus est, carnem indutus humanam. Et cōgrua
sanè metaphora per nubem carnem Christi signa- r.
uit. Sicut enim sol dum nube tectus, orbem suum
non ostendit, latet sanè & non cernitur, sed tamen
indubiè præsens esse cognoscitur, dum orbi vniuer-
so diem facit: ità & in carne illa Deus & latuit & præ-
sens dinosci potuit, dum diuinitatem suam vt sem-
per erat inuisibilem continuit: & tamen per opera
visibilia mundum vniuersum illuminauit. Porrò b.
Iris in capite eius, perseuerantem & efficacem circa
bonos propitiationis promissionem declarat. Hoc Gen. 9. b.
inquit dominus, signum fœderis inter me & vos. Ar
cum meum ponam in nubibus, & erit signum in-
ter me & inter terram &c. In eo autem quod subdi-
tur, facies eius erat vt sol, & pedes eius sicut columnę
ignis, ostenditur in Christo nihil esse non eximiè
splendidum, magnificum, & gloriosum. Interpretū c.
tamen alij per faciem notitiam eius, per pedes ve
rò apostolos igne Spiritus S. illustratos, & instar co-
lumnæ fundatos intelligunt: alij per faciem relucen
tem gloriam resurrectionis, per pedes verò affectus.
Cæterum quid intersit inter hanc, & eam quæ pri-
mo ca posita est, visionem, quia Rupertus graphicè
satis & copiosè aperuit, deinde quia cōpendio quan
tum possumus studemus, hac in parte ad illum re re-
mittimus.

*Et habebat in manu sua libellum apertum: & po-
suit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autē*

supe

*super terram, & clamauit uoce magna, quemadmodũ quum leo rugit.)* Vt simpliciter & breuiter dicamus, hoc ostento declaratur, quanta sit Christi sapientia, potestas & vehementia prędicationis. Quandoquidem ipse est qui librum illum diuinarum scripturarum 7. signaculis obsignatũ aperuit, & vniuersum terrarum orbem suis pedibus suoq́; imperio subiectum habet, & cuius vox intantum inualuit, vt sonus prædicationis eius terra mariq́; auditus sit.

*Et quum clamasset loquuta sunt 7. tonitrua uoces suas.)* Septem tonitruis omnium prophetarum oracula, siue ęnigmata significantur, quæ ante natum Christum quasi tonitrua quædam, hoc est, soni confusi, fragosi, rauci, & vt ita loquar, inarticulati fuere, eò quód sonus quidem eorum longè lateq́; dispersus sit, voces autem, id est, intellectus non nisi à paucissimis percipi potuerit: At vbi Christus clamauit, aperiendo discipulis sensum vt intelligerent scripturas: tunc demum & ipsę tonitruorum voces omni remoto inuolucro apertius audiri cœperunt. Potest

Alibi 7. tubæ.

b. etiam præsens locus perinde accipi, ac si dicatur: Domino fortiter prædicante ecclesia quoq; septiformi gratia plena suas ad prædicandum voces eleuauit. Septem quippe tonitrua eadem quæ & 7. tubæ alibi appellantur. Ita propemodum Bedæ commentarium habet.

*Et audiui uocem de cælo dicentem mihi.)* Quod de cœlo vox audiuir, iubentis commendat autoritatem. Sequitur.

*Signa q̃ loquuta sunt 7. tonitrua, & noli ea scribere.*

Signat

Signa, hoc loco verbi particula est, id quod ex græco sermone manifestum fit. Sensus igitur hic est. Sacra scripturarum & Christianæ fidei mysteria, quæ tibi diuinitus sunt manifestata, obsigna, vt solis amicis dignis ac probis pateant: sed noli ea scribere, ita scilicet vt passim & sine delectu quibusuis ea manifestes, ne si indignis ac porcis huiusmodi margaritæ obiectæ fuerint: illinc tantum precium conuilescat. r.t.b. Be. Grego. vt conciliet hunc locum cum eo qui est ca. huius operis 22. Ne signaueris verba pro. lib.h. ad hunc explicat modum: Iohanni (inquit) in priori parte reuelatiõis angelus dicit, Signa quæ loquuta sunt &c. cui tamen in eiusdem reuelationis termino præcipit d. Ne signaueris &c. Pars quippè reuelationis anterior signari præcipitur, terminus prohibetur: quia quicquid in sanctæ ecclesiæ initijs latuit, finis cotidiè ostendit. Gr.li.mor. 9.c.6.

*Et angelus quem uidi stãtem super mare & super terram, leuauit manum suam ad cælum, & iurauit per uiuentem in secula seculorum.*) Angelus, inquit Beda, per viuentem in secula iurat, dum Christus in nomine Patris veniens incommutabili sua dicta veritate confirmat: cœlum inquiens & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Porro eleuatio manus, si Ruperto credimus, illa est eleuatio magnificentiæ, quam Psalmista eloquitur dicens: Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos: quam idem docet esse resurrectionem & ascensionem dominicam. Mat. 24.c. Psal. 8.

Quia

b. *Quia tempus non erit amplius.*) Erit vtiq; iuxta
Psal.8. Psalmi vaticinium tempus impiorum in secula: sed
sed tempus pœnitentiæ, ipsaq; mutabilis tempoꝝ
secularium varietas, in nouissima tuba cessabit.

*In diebus uocis septimi angeli, quum cæperit tuba canere consummabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas.*) Hoc est enim quod euangelizauit apostolus in priore ad Corin. epistola capite 15. Ecce, inquiens, mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur &c.

*Et audiui uocem de cælo iterum loquentem mecũ & di. Vade & accipe librũ apertum de manu angeli.*) In hoc monetur Iohannes, & in Iohanne tota ecclesia, ad publicationem Christianæ fidei, eum suscipere diuinarum scripturarum librum, qui diu obsignatus, iam tum cernebatur in manu Christi apertus.

*Accipe librum & deuora illum: & faciet amaricari uentrem t. sed in ore tuo erit tanquam mel dulce.*)
Ac si dicat: Diuinarum scripturarum sacramenta in intimis cordis tui recessibus veluti comedendo & cũ auiditate quadam vorando reconde, quæ simul atq; acceperis vehementer quidem oblectabunt te, propter suam dulcedinem, sicuti & illum qui dicebat,
Psal.118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo, sed tamen dum cæperis ea opere perficere, & eructando prędicare, quodammodo amaricari facient ventrem tuum, vt dicere etiam cum Psalmista
Psal.16.

posisis,

posſis: Propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias duras. Vide quæ ſequuntur ex Auguſtino annotata.

*Et dixit mihi. Oportet te iterum prophetare gentibus & populis.*) Quid liber comeſtus (Bedę verbis dico) & amaritudini miſta dulcedo ſignificaret exprimit, quod videlicet ereptus exilio gentibus eſſet euangelium prædicaturus amore quidem dulce, ſed tolerandis perſequutionibus amarum. Auguſtinus libro quæſt. ex nouo teſta. ca. vlt. totum hunc locū, accipe librum & deuora illum &c. ſecus exponit: cuius hic verba quatenus ad rē faciunt ſubſcribo. Quantum, inquit, ad veri pertinet rationem, poſt exilium euangelium ſcripſiſſe probatur. In exilio enim poſitus in inſula Pathmos vidit reuelationem, ſicut dicit in die dominico: poſt ſicut dixi ſcripſit Euangelium quod hæreticis amarum eſt, quos in ventre ſignificauit. Sunt enim carnales qui malè intelligant Chriſtum. In ore autem tuo quod dicit erit dulce tanquàm mel, quaſi omnium Chriſtianorum vnū facit corpus, vt ſinguli membra ſint alter alterius, ita vt in ore quod vtiq; capitis pars eſt honorabiliores & fideliores ſignificet quibus veritas quæ de Chriſto eſt dulcis eſt. In ventre hæreticos ſignificat, quia carnales ſunt. Veritas enim ijs amara eſt. Totum enī Euan. Ioh. contra hæreticos eſt. Simili modo & Ezechieli dictū eſt ab angelo vt acciperet volumen & deuoraret illud, & dulce eſſet in ore eius, ventrem aūt eius repleret. Hoc dictum eſt prophetę quum miſſus eſt arguere populum perfidum & indiſciplinatum, qui ſimiliter in ventre ſignificati ſunt qui erant carnales. Idem ab eodē traditur li. qſt. no. & vet. teſt. c. 72.

## *Ex capite XI.*

*ET datus est mihi calamus similis uirgæ: & dictũ est mihi. Surge & metire templũ Dei, & altare & adorantes in eo.)* Datus est mihi, inquit, calamus, non qualiscunq;, sed virgæ siue sceptro similis, hoc
r. est, munus cũ magisterij, ceu regia quadã autoritate mihi delegatum est, describendi ea, quæ mihi sunt reuelata mysteria: dictũmq; est mihi, Surge & metire templum Dei & altare, id est, ecclesiam, & huius altare Christum: vel templum Dei & altare, id est, Christum Dei filium, qui iuxta vtranq; suam naturã & templũ Dei est & altare ecclesiæ. Soluite, inquit, templũ hoc &c. Hoc autẽ dicebat de tẽplo corporis
Ioh.2. sui. Hoc ergo tẽplũ & altare metire, vt pernoscas quãta sit eius latitudo, longitudo, sublimitas, & profunditas. Vel metire, id est, considera & describe. Metire etiam adorantes in eo, id est, disce, qui, & quot sint veri adoratores, qui spiritu & veritate adorẽt Patrẽ: nec enim omnes qui videntur, adorant. Ideo & subdit.

Alias extra *Atrium autem quod est * foris templum eijce foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus, & ciuitatẽ sanctã calcabunt mẽsibus quadragintaduobus.* Atrium hæreticorum & pseudochristianorum con-
r. uenticulum est, qui & si in ecclesia se esse contendũt,
Gr.li.mor. altari tamen & sanctis sanctorum non appropiant,
28.c.9. & iccirco foras mittendi & extra numerum electorum censendi sunt. Ne metiaris ergo illos, nihilq; ad id genus Christianos spiritualem hanc mensurationẽ pertinere contestaris, tum quòd infinitæ sint

multi-

multitudinis ac latitudinis, tum quòd (quum sacri templi quod Iehudæorum confitentium tantũ est pars esse debuerant) cum summa ignominia gentibus sociati sint. Et hi vtriq; prophanabunt non modo templum, id est, Christum, sed & sacrosanctã ecclesiæ ciuitatem conculcabunt mẽsibus 42. Ideo autem certus hic mẽsium numerus ponitur, quòd tanto temporis spacio, hoc est, annis tribus cum semisse Antichristi credatur persequutio duratura. Idẽ quoq; & eiusdem persequutionis tẽpus & à Daniele vaticinio prænunciatum esse volunt, vbi ait: Vsq; ad tempus & tempora & dimidium temporis. Quur autem mensium supputatione potius, quàm annorum hoc tempus designare voluerit, vide, si lubet Ruperti commentarium. Cæterum clausulam illam, eijce foras & ne metiaris illud glossa interliniaris ad hunc modum interpretatur, si cui fortè id magis placebit. Eijce foras, id est, excommunicando foris esse ostende: & ne metiaris illud, id est, omnino subtrahe prædicationem. Præterea ne te moueat quod pro foris templum in græcis modernis ἔσωθεν τοῦ ναοῦ intra templum legatur, scito ad sensum haud magni referre vtrum legas. Explanatores tamen, qui vulgò extant vno consensu foris vel extra templum legunt, quibus & græca nonnulla exemplaria astipulantur. Dani.12.d.

*Et dabo duobus testibus meis, & prophetabũt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis.)* Hunc locum variè edisserunt interpretes: nam duos testes, alij Enoch & Eliam accipiunt, qui creduntur præuẽturi supremũ domini aduentũ, & p̃dicaturi aduersus Gr.d.

r. Antichristum: alij, duos testium ordines, alterum
r. sermone pariter & sanguine, alterum uerò sermone
r. tantum testificantem: alij, duo testamenta: alij pau-
cos aliquot testes, sed tamen qui sufficere possint ad conuincendam aduersariorum prauitatem, comprobandamque euangelicæ doctrinæ veritatem, idque iuxta legis determinationem, quæ constituit vt in ore duorum aut trium testium staret omne verbum: alij, ecclesiam ipsam duobus ex populis vnitam. Quanquam omnes hæ opiniones in vnam fere rationē concurrunt, & sub vna ferè explanatione possunt comprehendi, dempta ea duntaxat, quæ de Elia & Enoch est. Verum quoniam ad hanc opinionem litera ipsa per se manifesta est paucis exceptis, quę indicabimus, alteram substituam elucidationem quæ cæteris omnibus possit congruere. Quod ergo hic dicitur, huiusmodi est: Dabo fidelibus meis, vt Christi instructi prædicatione & sapientia, quæ diebus 1260. hoc est tribus & semis annis consummata est, & ipsi in magna humilitate & pœnitentia Christū æmulando totidem quodammodo dies sua prædicatione & martyrio seu testimonio recapitulent, atque consumment.

*Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu domini terræ stantia.*) Duo, inquit, testes illi, duæ oliuæ sunt: propter suauissimi fructus vbertatem, atque etiam diuinæ misericordiæ vnctionem: candelabra, propter cœlestis fulgoris & gratiæ irradiationem, miraculorū claritatem, deindè etiam aliorum ex ipsorum vita & doctrina illuminationem: in conspectu domini terrę stantes, propter accinctam paratamque ad quæuis iussa adimplenda voluntatem.

Et

*Et si quis uoluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum: & si quis uoluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescunq; uoluerint.)* Totum hunc locum quoniam luculentissimè simul & commodissime Rupertus disseruit, ipsius hic commentarium adscribere placuit: sed aliquantò compendiosius, ne institutę breuitatis limites excedere videamur. Tota, inquit, hæc testium dignitas, cum scripturarum maiestate procedit, & pulchrius quàm verbis queat explicari, dum futuris vel præsentibus intendit, præteritorum quoq; memores nos esse compellit, si verum volumus eorum quæ dicuntur sensum consequi. Quum enim dicere sic posset: si quis eos voluerit in errorem inducere, & prædicationem veritatis, hæreticæ prauitatis turbinibus obruere, iudicium damnationis exiet de ore eorum, vt anathematizent eos, & Satanæ in æternum tradant interitum: quur sic maluit dicere, & si quis eos volu. noc. ignis exiet de ore ipsorum, & deuo. ini. eorum? Quur inquã, nisi quia potestatis eius in Elia mysticum præcessit exemplum. Sic enim scriptum est. Misit ad eum videlicet Ochozias quinquagenarium principem, & 50. qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum sedentiq; in vertice mõtis ait: Homo Dei rex præcepit vt descendas. Respõdensq; Elias dixit quinquagenario. Si homo Dei sum descẽdat ignis de cœlo & deuoret te & 50. tuos. Descenditq; ignis de cœlo & deuorauit eũ & quin-

Siquis voluerit eos nocere.

4. Reg. 1.

quaginta qui cum eo erant. Misit principem quinquagenarium alterum & 50. cum eo, & similiter exiuit ignis de ore eius, id est, descendit ad imperium oris eius & deuorauit eos. Vnde constat, quod intentione nocendi dixerint, homo dei rex præcepit vt descendas, & iccirco dixerit ille, descendat ignis de cœlo &c. dictumq́ effectus consequutus sit. Nimirum quomodo tunc ignis de ore illius visibilis exiuit, & inimicos eius regia cum tumore mandata perferentes deuorauit: sic de ore istorum ignis exiet inuisibilis, id est, iudicium damnationis, & deuorabit eos qui regibus impijs regumq́ impiorũ capiti Antichristo adulantes nocere illis voluerint. Item quũ dicere posset, hi habent potestatem ligandi in cœlo & in terra, vt non veniat super inimicos eorũ propitiatio vel peccatorum remissio cunctis diebus ministerij, id est, vsq; in finem seculi, quur sic dicere maluit: hi habent potestatem claudendi cœlũ ne pluat diebus prophetiæ eorum, nisi quia talis quoq; pluuiæ siue potestatis ad pluuiam huiusmodi cohibendam in eodem Elia claruit mysterium? Ille etenim oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit an. 3. & men. 6. Et rursum orauit & cœlum dedit pluiam & terra de. fr. s. Quod quum facere domino iubente intenderet, magna cum potestate dixerat regi Achab. Viuit dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. Sic profecto testes isti aduersarijs suis inimicis Christi claudunt cœlum, clausa continent ora sua, qui ipsi sunt cœlum, ne pluãt super eos verbũ, nolentes effundere sermonẽ vbi auditus non est, vtpote quos secundum apostolum post primam & secun-

Hi habent potestatẽ.

3. Re. 17. Iac. 5.

Tit. 3.

& secundam admonitionem deuitare debent, qui subuersi & proprio iudicio condemnati sunt. Item quum dicere posset: & potestatem habent super doctrinas nequam condemnandi eas & anathematis dare sententiam, vt quicunque receperint eas similem sortiantur damnationem, quur sic maluit dicere: & potestatem habent super aq. cõu. eas in san. Denique quomodo illis potestatē habētibus materiales Aegyptiorũ aquæ versæ sunt in sanguinem, sic istis diuini iudicij potestate vtentibus hæreticorum prauam doctrinam effundentium, & omnium illis consentientiũ, cõscientiæ hic audiunt horridã & sanguineã quã sunt habituri mortis æternæ damnationē. Addidit hic & percutere terram omni plaga, quotiescunque voluerint habent potestatem, subaudiendum est, quomodo Moses & Aaron terrã Aegypti visibiliter tot plagis percusserunt. Sic enim sententijs multiplicibus terram, id est, terrenos homines, inuisibiliter percutiunt donec deficiant rebelles, & vltima dãnatione inuoluantur, quomodo illi terram Aegypti visibiliter tam diu contriuerunt donec vltima plaga percussi Aegyptij cũ rege suo deuoluerentur in maris profundum. Hactenus ille. Iam pro illorum sententia qui verba hæc ad Enoch & Eliam pertinere volunt illud obiter indicasse sufficiat, quosdam hæc ipsa iuxta historicum sensum visibiliter, quosdam verò iuxta mysticũ sensum inuisibiliter siue spiritualiter implenda existimare.

Et potesta tem habet su. a. &c.

Et percute re ter q̃t. uo ar.

*Et quũ finierint testimoniũ suũ, bestia q̃ ascẽdit de abysso faciet aduersus eos bellũ & uincet illos & occidet eos. Et corpora eorũ iacebũt in plateis ciu. magnæ,*

*quæ uocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, ubi & dominus eorum crucifixus est.)* Quum finierint, inqt, testimonium suum, tunc demum Bestia illa, nempè diabolus, vel Antichristus, nunq̃ cessans in membris suis mysteriū operari iniquitatis, qui ex imo baratro & occulto malitiç ac tenebrarū profundo egreditur, crudele cū testibus illis inibit certamen: isto aduersus veritatē, proq; mēdacio: illis verò pro veritate, & aduersus mendaciū depugnaturis. Sed & vincet illos & corporali eos nece interimet, ita vt etiam in ignominiam corpora illorum insepulta iacere faciat. Cæterum ciuitas ista in cuius plateis testium corpora iacere scribuntur, intelligi potest vel ciuitas diaboli, ciuitati Dei contraria, vel ciuitas Ierosolymitana, nam in utraq; dominus noster crucifixus est, & vtraq; spiritualiter, hoc est, metaphoricè Sodoma & Aegyptus appellari potest: hoc est, vt Beda interpretatur muta & tenebrosa, nec lumen vtriq; fidei,
Rom.10.b nec confessionis habens vocem. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vel secundum Ruper. Sodoma propter libidinem maximè illam, quæ est contra naturam, cuius Sodoma illa localis in sua pœna horrendum fuit exemplum: Aegyptus propter superbiam, cuius quàm damnabilis sit præsumptio, Aegyptij in mare mersi famosum vniuerso mundo præbuere documentum.

*Et post dies tres & dimidium spiritus uitæ à Deo intrauit in eos.)* Ad similitudinem trium cū semisse annorū qbus prædicatio supra dictorū testiū duratura scribit, tres etiā cū semisse dies, hoc est, breue tēpus,

inter

inter necem eorũ & resurrectionem interlapsurum indicat. Quod verò dicitur intrauit, sub præteriti tẽporis enunciatione: ad eiusdem quoque temporis breuitatem, atq; etiamnũ ad euentus certitudinem exprimendam facit.

*Et steterũt super pedes suos & timor magnus &c.* Præsens locus cum illo congruit, quod in libro sap. scriptum est ca. 5. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, &c. Pro eorum autem sententia qui hæc & ea quæ præcedunt & sequuntur de Enoch & Elia dicta accipiunt, illud indicandum, quòd Beda in suis annotauit commentarijs, Quidam, inquiẽs, duos prophetas Enoch & Eliam interpretãtur, qui tribus semis annis prædicantes contra mox sæuituram Antichristi perfidiam fidelium corda confirment, illisq; occisis tantundem temporis sæuitiam eiusdem grassaturam: & restaurato demum certamine à sanctis qui latebrarũ præsidio velut mortui credebantur esse superandam: qui pro vnius compage corporis ijdẽ prophetæ resurgere dicantur, acriusq; illis visis qui iam mortui putabãtur, exaggerata persequutione multos eorum, qui vel septenario vel denario numero digni credebantur esse casuros. Vide si lubet sequentia.

Post 3. dies & dimidiũ idẽ tẽpus quod 3. anni cum dimidio.

*Ascendite huc. Et ascenderunt in cæ. in nube.* Hoc est, quod ait saluator apud Mat ca. 25. Venite benedicti Patris mei: & Ap. 1. Thes. ca. 5. Rapiemur in nubibus obuiam domino in aëra.

r.

*Et in illa hora factus est terræmotus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit: & occisa sunt in terræmotu nomina hominum 7000. & reliqui in timorẽ*

ee 5 missi

*missi sunt, & dederunt gloriam Deo cœli.)* Tantundem est ac si dicat. In illo extremi examinis tempore, magnus fiet terræmotus, siue hunc simpliciter
r. terræ concussionem, siue hominum tumultum accipias, & in æternum exitiũ deputabitur, ac corruet decima illa ciuitatis pars quę eadem supra vnius magnæ ciuitatis appellatione spiritualiter Sodoma & Aegyptus dicta, designata est, & quicunq; ad eiusdẽ ciuitatis, super arenam ædificatę structuram qui perfecto illo septem milium numero indicantur, pertinebunt. At vero reliqui, nẽpè electi, pauore quidem
Mat.24.c. concutientur: nec mirum: nam & virtutes cœlorum
b. commouebuntur, sed securi interim ac stabiles, de stabilitate sua semper dominum glorificabũt. Con
r. gruè aũt eandẽ, quã supra ciuitatẽ magnã dixit, nũc de eius ruina loquẽs non iam ciuitatẽ sed 10. partẽ
r. appellat ciuitatis: nimirũ hoc ipso declarans, diaboli ciuitatẽ nõ iam ꝓpriè ciuitatẽ, sed ruinas verius esse magnæ & sanctæ ciuitatis Ierusalẽ cœlestis, cuius nouẽ sunt ordines angelorum: & iccirco q inde ceciderũt, & qui de illorũ sorte sunt homines, rectè decima pars eiusdem ciuitatis, & pars ruinosa appellata est.

*Et septimus angelus tuba cecinit.* Tuba hęc, vt ca. proximè pręcedenti indicauimus, illa est cuius apo. Pa. in priori ad Cor. epi. meminit ca. 15. ita scribens. Omnes quidem res. sed non omnes immu. In momento, in ictu oculi in nouis. tuba. (canet eñ tuba) & mo. &c. Itẽq; in priori ad The. c. 4. Qm̃ ipse dominus in iussu & in voce ar. & in tuba Dei des. de cęlo.

*Et factæ sunt uoces magnæ in cælo dicentes. Factum est regnum huius mũdi domini nostri & Christi*

eius

*eius, & regnabit in se. se.)* Voces istæ, voces sunt cœlestium spirituũ ac sanctorũ omniũ attestantiũ huius mundi regnũ, siue (vt in græcis est) regna sub 7. angeli voce domini nostri & Christi eius imperio plenariè esse subijcienda. Nã tametsi regnet etiã nunc in hoc mũdo vti semper regnauit nec vnq̃ regnare desinet: recalcitrat tamen magna ex parte rebellis adhuc mundus, dum regnat quodammõ peccatum, dũ regnat mors, dum regnat princeps huius mundi diabolus: sed sub nouissima tuba destructis his omnibus, prorsus libero & ab omni hoste alieno potiet regno, & regnabit in secula seculorũ. Porro q̃d dicitur factũ est regnũ, &c. sic cõstrue, Regnũ huius mundi, iam dñi nři & Christi eius regnũ effectũ est.

*Et 24. seniores qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deũ di. Gratias agimus tibi.* His verbis declaratur quãta sit Deo reuerentia impendenda, quantũq; illi honoris post nouissimã illam tubã deferent quum oẽs beatorũ ordines, tũ maxime quicũq; veri fuerint in conspectu Dei sacerdotes, p̃sules & p̃fecti, quamuis etiã p̃cellentes. Videtur aũt hic sermo dũ dicit 24. seniores siue presbyteros concidisse in facies suas & adorasse Deũ tacitè & blandiẽdo inuitare Iehudæos vt & ipsi in hac mortali adhuc vita cõstituti relictis legalib. hostijs talẽ summo omniũ Deo honoris & gratiarũ actiõis reuerentiã exhibeãt, qualẽ ab his senioribus exhibitam vel exhibendam hic audiunt.

*Et regnasti.* ἐβασίλευσας, hoc loco potius signat regnum adeptus es, quàm regnasti: nam is propriè regnauit, qui regnare iam desijt.

Et

g. Vide Ber. de laudibus Mariæ.

virgine Maria intelligamus, ita tñ, vt quæ illi non cõgruunt per transcursum à mẽbro ad caput, aut à parte ad totum, ecclesiæ tribuantur. Quod ne cui fortè videatur absurdum, aut non perinde receptum viris eruditis, audi quid beatus scribat Aug. li. de symbolo 4. ca. 1. adducens illud quod infra subiungitur. Et draco stetit ante mulierem. Draconem, inquit, diabolum esse nullus vestrum ignorat: mulierem illam virginem Mariam significasse, quę caput nostrũ integra integrũ peperit: quę etiã ipsa figuram in se sanctæ ecclesiæ demonstrauit, vt quomodo filium pariens virgo permansit, ita & hęc omni tẽpore membra eius pariat, & virginitatem non amittat. Eadem ferè tradit in enarrationem psal. 142.

*Et ecce draco magnus rufus, habens cap. 7. & cornua 10. & in cap. s. diademata 7. & cauda eius trahebat ter. partem stellarum cæli & mis. eas in ter.)* Draco iste tali apparens schemate, humani generis hostem diabolum, cum vniuersis regibus atq; imperijs significat: magnum sane & rufum, quia magna aduersus ecclesiam potestate præditum, & sæuitia persequutionis cruentum. Vterq; enim hic numerus determinatus, septenarius & denarius, propter suã vtriusque perfectionem per synecdochen pro indeterminato, sicuti & aliás positus est. Vel signãter 7. capita & in his 7. diademata siue coronas, deinde 10. cornua habere scribitur, propter septem vitia capitalia, quibus aduersus septiformem Spiritum, & 10. quodammodo potentias, quibus aduersus 10. Dei mandata decertat. Quàm autem sit draco
a. iste ad deijciendum & decipiendum potens, hoc ipso

ipso declaratur quod tertia pars stellarum, hoc est, ingens angelorum hominumq; multitudo, malitia ipsius & astutia quasi quadam cauda virulenta ad infima terræ proiecta scribitur. Rectè autem vtrunque positum est, draconem istum & cornua habere cum septem capitibus, & caudam ipsius tertiam partem traxisse stellarum, vt intelligas antiquum illum hostem & malitiæ viribus præpotentem, & occultum esse omnibus insidiatorem, callidumq; omnis fœlicitatis inimicũ. Bea. Grego. per draconem intelligit Antichristum: per caudã pestilentes fraudis eius versutias: qui inter multa quę de cauda Behemoth & draconis huius narrat, ita scribit: Cœlum ecclesia est: quæ in hac nocte vitæ præsentis dum in se innumeras sanctorum virtutes continet, quasi radiantibus desuper sideribus fulget. Sed draconis cauda in terram stellas deijcit, quia illa sathanæ extremitas per audaciam assumpti hominis erecta, quosdam quos velut electos Dei in ecclesia inuenit, obtinendo reprobos ostendit. Stellas itaque de cælo in terram cadere, est relicta nonnullos spe cœlestium illo duce ad ambitum gloriæ secularis inhiare & cæt. Vel (vt alibi scribit) stellas in terram trahere, est eos qui videntur studio vitæ cœlestis inhærere, ex amore terreno iniquitate aperti erroris inuoluere. Li. mor. 32. c. 14. Li. mora. 4. c. 13.

*Et draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura, ut quum peperisset, filium eius deuoraret.*) Hoc siquidẽ draconi diabolo tot regna cõmouenti, tot reges inflãmanti in odium diuinæ religionis in votis fuit, & semper est, vt quam Christũ ædidisset ecclesia, na

siente præsertim virgine Maria filium eius deuoraret, id est, nomen eius de hominum memoria tolleret, vt partus huiusce nulla vtilitas, nullus fructus, existeret: id quod in primis per Herodis funestam simul & callidam persequutionem tẽtatum est, qui prophetico commotus oraculo, quod audierat ex Bethleem exiturum Israhelitici populi ducem, sicut hostis intestinus, dominum vt perimeret adorare se velle simulabat.

Mat. 2.
Michæ. 5. b.

*Et peperit filium masculum, qui recturus erat omneis gentes in uirga ferrea.*) Tanquam si dicat. Frustra diabolus partum mulieris deuorare quærebat: nam & masculus est qui genitus est, in quo & fortitudo ipsius, & victoria aduersus diabolum qui fœminam vicerat insinuatur: & iuxta illud Psalmi vaticinium: Ego hodie genui te: postula à me dabo tibi gentes hær. t. & possess. t. ter. terræ: reges eos in virga ferrea, omneis gẽtes sceptro ferreo, hoc ẽ, inflexibili iustitia potẽtiaue recturus pronũciat. Virgã enĩ pro sceptro sępe vsurpat scriptura: cuius loco שבט in hebræo positũ est, quod ad virgam & sceptrũ indicandum ancipitem habet significantiam.

Ps. 2.

*Et raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius: & mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locũ paratum à Deo, ut ibi pascant eam diebus mille 260.*) Primum ad translationem pueri Iesu sub Herode ac matris eius fugam in Aegyptum: vel ad considerandum Christi raptum in cœlum post ipsius resurrectionem, nos mittere videtur, vt exinde sub hac veluti figura quod postea in ecclesia gestum sit, & qđ etiam hodie geratur, insinuet. Raptus est ergo & a-

prius

pitur filius ad Deum, dum spiritualiter genitus in fi
delium mentibus, idemq; in cœlis regnans cum Pa b.
tre, eosdem quoq; fideles transfert, resuscitat, & con
sidere facit in cœlestibus in Christo. Mulier fugit in
solitudinem locum paratum à Deo, vt ibi pascatur r.
diebus 1260. dum ecclesia toto huius vitæ tempore B.
sub spe viuens æternorum peregrinatione presentis
eremi gaudet: vbi accepta à Deo potestate superbos
& impios homines tanquàm scorpiones et viperas,
omnemq; Satanæ virtutē per Christi adiutorium cal T.
cat & conterit. Hoc autem dierum numero qui treis
semis annos constituunt, autore Beda omnia Chri
stianitatis tempora complectuntur, quia Christus
cuius ecclesia corpus est, tantum in carne temporis
prædicauerit.

*Et factum est prælium ma.in cælo, Michael & an
geli eius præliabantur cum dracone: & draco pugna
bat & angeli eius, & non ualuerunt, neq; locus inuen
tus est eorum in cælo.* In cœlo commissum est præ-
lium, hoc est, in ecclesia, cuius conuersatio in cœlis r.
est, vbi ipsius præses Michael cū angelis suis orando
& auxilium præstando pro ipsa fortiter dimicat, ad
uersus diabolum & angelos eius, qui intelligendi
sunt, non modo ij qui ei natura sunt & voluntate si b.
miles, sed etiam homines eorum laqueis irretiti, pra
uisq; suggestionibus eorundem obsequentes. Sed r.
non valuerunt, id est, imbecilles effecti sunt: neque
iam vltra locus illi esse potest in sanctis fidelibus, qui
quasi cæli propter cælestem conuersationem effecti
semel perfectè profligarunt, illum deinceps non re-
cipiunt. Vel neq; locus inuentus est eorum, &c. per- b.

ff inde

inde est ac si diceretur. Nullus iam locus reliquus est in quo cultus illi per idôlolatriam exhibeatur, & vn de eiectus non sit. Futurum est etiam vt nec in cœlo isto aëreo consistere queat, dum ad plenum hoc con summato prælio in profundum baratri præcipitatur. Possunt tamen per Michaelem & angelos eius, etiam Christus & charitate illi coniuncti homines intelligi. מיכאל siquidem quis sicut Deus, aut humilitas, siue paupertas, vel percusio Dei, siue percutiens Deus, interpretatur.

*Proiectus est in terram.*) Profundissimã hoc indicat superbissimi Satanæ humiliatiõem, seu deiectionem: nam qui victus in terram proijcitur, prorsus deijcitur, humiliatur, & magno cum dedecore succumbit. Sunt qui terram, homines terrena sapientes totamq; spem suam in terram constituentes intelligant, in quos mittatur diabolus, mittendus tandem vnà cum ipsis in ignem æternum.

*Qui uocatur diabolus & Satanas.* Diabolus græca vox est, & nobis sonat calumniatorem, criminatorem & delatorem ἀπὸ τοῦ διαβάλλειν .i. criminari calũniari, accusare, &c. Satana verò vocabulũ origine hebraicũ, terminatione autẽ, chaldaicum, est, & eandem habet cum diabolo significationẽ. שטן enim hebraice, & סטנא chaldaicè, aduersarius, detractor & inimicus interpretatur. At apud D. Hie. in catalogo nominum hebraicorum huius operis diabolus deorsum fluens, satanas transgressor, siue aduersarius interpretatur.

*Et audiui uocem magnam de cœlo dicentem.*) Nũc facta est salus. Vox ista quam in spiritu B. Iohannes audisse

audisse se testatur concentus publicus intelligi potest, quo cœlum, id est, ecclesia hodie laudes persōnat, concinentibus etiam angelis gloriam Deo in excelsis. r.

*Non dilexerunt animas suas usq; ad mortem.*) Hoc est, oderunt vitam suam, vsq; ad mortem.

*Lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ terræ & mari quia descendit dia. ad uos.*) Sicut supra indicauimus cœlos fideles & cœlestes homines dicit: id quod hic manifestius quasi interpretando ostendit, dum dicit & qui habitatis in eis: terram verò terrenos, & terrena sapientes: qui etiam hic mare appellantur, vt ab apostolo quoq; Iehuda fluctus feri maris, pro pter inquietas, quas patiuntur & amãt omnium vitiorum curarumq; inutilium amaritudines. Illis itaque dicitur, lætamini cœli & qui habitatis in eis: his verò uæ terræ & mari, &c.

*Et postquam uidit draco quòd proiectus esset in terr. persequutus est mulierem.*) inextricabili (inquit Beda) astu diabolus ecclesiam impugnans, quantò plus deijcitur, tantò magis persequitur.

*Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut uolaret in desertum in locum suum, ubi alitur.*) Ecclesia duobus fulta testamentis, tumultuosa seculi venena cauēs mētis affectu cotidiè solitudinē quieti ac mo derni spiritus petit, ita gaudēdo canēs: Ecce elōgaui fug. man. in so. Nec dissonat quod ibi columbę quę rit, hic vero aquilę percipit alas. Sicut enī illa ꝓpter donū S. S. sic & hæc propter celsum volatū, aciēq; sub A facie serpentis. Psa. 54. b.

lime, qua mundo corde Deum cernit, ecclesia figurata est, cuius renouabitur vt aquilæ iuuentus. In suis commentarijs Beda. Aliud autem non corporali tantum, sed & spirituali cibo longè suauius immo: cuius fruendi eū omne verbū ab ore Dei procedens, sacra diuini pabuli synaxis, æternæ contemplationis delicię Porro iuxta Primasium vel ecclesia alis, quia gemina regitur dei et proximi charitate. Locus
2.Cor.5.b. solitudinis est huius mūdanę peregrinatiōis. Quàm diu enī sumus in corpore peregrinamur à domino.
Psa.54. Quo maxime cor dirigit qui nō loco sed affectu de mundo discedit. Et propheta dicit: Ecce elongaui fug. & mā. in so. Congrue autem hic aquilæ similitudinem memorat, quę quum præ cæteris auibus cognoscatur altius volare, visō tū eminus cibo indigentia naturali subacta mox ad ima descēdit. Sic & ecclesia in spiritualibus membris quum ea quæ sursum sunt mente petat et sapiat, infirmitate tū corporis aggrauata necessitatibus subiacet indigentię cor
Ro.8.d. poralis, pro quibus ingemiscit & parturit vsque adhuc. Vanitati enim creatura subiecta est non volēs.
2.Cor.5.c. Item: siue enim mente excedimus, Deo: siue sobrij sumus, vobis. Hæc ille.

*Per tempus & tempora & dimidium temporis.)* Idem est temporis spaciū, quod supra per 1260. dies
f. indicatū est, treis semis annos constituens. Tempus enī annum: tempora binos annos, dimidium tēporis, anni dimidium significat. Per hoc aūt spacium, omne tēpus ecclesiæ designatur, pro eo quòd Christi prædicationem æmulans, cuius persecutionem quę tribus semis annis cōsummatæ sunt, æquanimiter sustinens, quasi idē temporis spaciū in se.ere

capi-

capitulet. Reſpexit autem ad locum illũ qui eſt apud Danie.c.12. quia in tempus & tẽpora & dimidium temporis.

Et *miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aquam tanquàm flumen, ut eam faceret trahi à flumine.*) Tanquam ſi dicat. Poſtquam videt ſerpens ille diabobolus non poſſe ſe ad mulierem illam fidelium eccleſiam iam à ſeculi vanitate longius ſeparatam pertingere, hoc exinde vtitur conſilio, vt peruerſis oris ſui ſuggeſtionibus, ingentem poſsit excitare perſecutorum copiam ſiue procellam, quo vel ſic eã ſi fieri poſſet trahi faciat atque deuincat. Vnde & Dauid cum ſuis ſimilem perſecutorum procellam expertus, in hæc verba exclamat: Quum exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutiſſent nos: quum iraſceretur furor eorum, &c. Pſa.123.

*Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os ſuum & abſorbuit flumen.*) Famulatur quodãmodo terra mulieri flumen abſorbendo, dum vltione ſuperueniente diuina perſecutores à concepto aduerſus eccleſiam furore cohibentur, ne abundantiori perſecutionis redundantia à fidei conſtantia deijciatur. Quòd ſi verò maiorum tibi magis ſententia placet, terram hanc Chriſtum hominem intellige, qui quum in dextera Dei ſedeat, interpellatione ipſius, imò iuſſu ipſius eccleſiæ perſecutiones quoties viſum fuerit ad nihilum rediguntur: vel etiam terram ſanctos mitat terræ ſtabiles accipe, quorum precibus ac meritis aut amouentur prorſus inimicorum inſidiæ, aut certè temperantur. t. r.t.

*Et habent testimonium I.C.* Testimonium Iesu habent, qui quod corde credunt, vel ore confiteri neutiquam erubescunt. Atque hoc sensu testimonium Iesu, est quod de Iesu perhibetur, siue quod ipsum Iesum testificatur, quomodo metum Iehudæorum dicimus, quo ipsi Iehudæi timentur. Aliter testimoniū Iesu habent, qui Spiritu S. sunt confirmati: ipse nanque Spiritus ait Apo. ad Ro. scribens ca. 8. testimonium reddit spiritui nostro quod simus filij Dei. Quanquā hoc mihi sanè violentius iudicatur.

*Et stetit super arenam maris.* Variant hoc loco codices, alijs stetit, alijs sedit, habentibus: vt ad draconē pertineat, alijs rursus steti, vt cum sequentibus coniungatur, & ad Iohannem pertineat. Steti super arenam maris, & vidi de mari bestiam ascendentem.
b. Qui stetit legunt, hunc ferè sensum constituunt. Stetit super arenā maris, hoc est, super multitudinem instructuosi populi quem proijcit ventus, qui steti, vt
m. græcanica habet editio, docent hac ipsa statione du
r. bium & periculosum valde significari nouissimi tēporis statum, quando electi & stantes vacillabunt, & vacillantes stabunt. Verum ipse sermonis tenor pagis postulat vt steti legamus, propterea quòd nō congruat, eum in arena stetisse, qui mox è mari ascendere cernitur.

## *Ex capite XIII.*

*ET uidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita 7. & cornua 10. et super cornua eius 10. diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ.*

Qui

Qui ca. præcedenti draco septem capitum & 10. cornuum appellatus est, & in terram seu mare bellatore Michaele proiectus scribitur, secundum quod dictum est, væ terræ & mari quia descendit diabolus ad vos habēs iram magnam, idem hic alio quidem sed vicino nomine θηρίον bestia seu fera ob virulentiam, & crudelitatem appellatur: & inde iam ascendere cum totidem capitibus & cornibus cernitur, quo fuerat illic proiectus. (Quod autē ibi primo terra appellatur, hoc teste Daniele mare est. Nam qui primo è mari ascendentes bestias se vidisse testatur, post modum ab angelo audiuit. Hæ 4. bestiæ 4. regna cōsurgent de terra. Locus est apud Da. ca. 7. Potest autem bestia ascendens accipi vel secundum q̄d in Antichristo (qui & ipse bestia non incongruè intelligitur) nouissimis temporibus venturus est, vel secundum quod etiam nūc est & agit in corpore suo, hoc est, in cœtu impiorū. Proinde vt ad vtrūq; respiciam, sensus verborum iste est. Vidi, inquit, de mari, de pręsenti seculo nequā, de pelago iniquitatis, de multitudine malignātium bestiam exurgentem & ascēdentem, non in cœlum vnde eiecta est, sed ascendentem, hoc est, in semetipsa magis ac magis se extollentem, quemadmodum & Apo. testatur, filius perditionis inquiens qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, &c. habentem capita 7. & cor. 10. id est, coniunctā innumeris principibus & regnis: quorū malignitate innumera sibi vindicauit imo triūphi diademata, eatenus vt in execrandā altissimi Dei ignominiā nonnulli ꝓ dijs haberi & coli se desiderarint: multi etiā Christū non Deum, sed ma- 2. The. 2. a.

gum fuisse nefario ausu affirmarint, aut affirmabũt, si videlicet hæc ad Antichristum referas.

*Et bestia, quã uidi similis erat pardo: & pedes eius sicut pedes ursi, et os eius sicut os leonis.* Quemadmodum & aliâs sępe respicere solet ad ea quæ in Daniele scripta sunt, ita et hic ad eam respicit visionem, vbi
Dan.7.a. Daniel 4. bestias grandes vidisse se commemorat, quãquam diuersus sit hic & illic bestiarum ordo. Ibi enim primo loco leęna, secũdo visus, tertio pardus, quarto vero bestia terribilis atq; mirabilis ostẽditur:
r. hic verò ordine retrogrado primo bestia generali nomine ponitur, deinde eadẽ pardo, hinc vrso, postremò leoni comparatur. Bestia ergo secũdum Tychonium Pardo similatur, propter gentium varietatem: vrso, propter malitiam & væsaniam: leoni, propter virtutem corporis & linguæ superbiam. Est autem Pardus, animal varijs coloribus respersum, iuxta illud Iere.13. Si mutare potest Aethiops pellẽ suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere.

b. *Et dedit illi draco uirtutẽ suam, et potestatẽ magnã.* Huc spectat quod Apo. in altera ad The. epi. c. 2. scribit, Cuius inquiens aduẽtus secundũ operationem Satanæ, in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis.

*Et uidi unũ de capitibus suis quasi occisum in mortem: & plaga mortis eius curata est.)* Hoc Glossa ordinaria de Antichristo dictum indicat. Simulabit
b. enim se inquit mortuum, & per triduũ latẽs post apparebit dicens se suscitatum. Arte siquidem magica ascendet in aëra, sedẽtibus cum dęmonibus: & sic cu

rabi-

rabitur plaga mortis eius: quia qui prius mortuus credebatur, post viuens reputabitur.

*Potestas facere menses quadraginta duos.*) Id est, operandi tribus semis annis. g.

*Tabernaculum eius.*) Ecclesiã accipere possumus. t.

*Eos qui in cœlo habitant.*) Sanctos dicit, quorum est in cœlis conuersatio. Nihil tamen vetat quo minus tabernaculum cœlestem illam patriam, & eos qui in cœlo habitant, beatos patriæ illius incolas intelligamus: in quos etiam bestia blasphemias iaculari non verebitur. t.

*Quorum non sunt scripta nomina in libro uitæ agni qui oc. est ab origine mundi.*) Per hyperbatum intelligendum est, vt hic sit verborum ordo. Quorum nomina non sunt ab origine mundi scripta in libro vitæ agni, qui occisus est. Pleriq; tamen citra hyperbaton intelligunt, vt respondeat ei quod Pet. scribit prioris epi. ca. primo: agni immaculati & incontaminati Christi, præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus. Sed hunc sensum euidentius exprimit quod Ticho. pro illo, qui occisus est, scribit denotati. Vnde constat illum non ἐσφαγμένου, id est, mactati hoc occisi, sed ἐσφραγισμένου legisse. Suspicor tamen istã quopiam fuisse mutatum, cui absurdum videbatur si legeretur agni qui occisus est ab or. m. Certè Di. Irene. cum vulgato in c. p. consentiens li. aduersum hær. 7. legit agni occisi ab or. m. r. b.

*Qui in captiuitatem duxerit in captiuitatem uadet. Qui gladio occiderit oportet eum gla. occidi.*) Tanquam [illegible]

vt lædentes læsionis recipiant talionem, ita & bestia diabolus qui suis retibus multos corporali seu etiam spirituali captiuitate inuoluit, & ipse æternam captiuitatem sustinere cogetur: & qui ecclesiam nunc funesto gladio (siue hunc similiter corporalem siue spiritualem accipias) persequitur, interficiet illum dominus, iuxta apo. spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.

2. The. 2. c.

*Et uidi aliam bestiã ascendentẽ de terra, & habebat cornua duo similia agni: & loquebatur sicut draco.)* Secundum Bedam descripta generaliter bestia primò in hypocrisi, deinde aperto ore blasphemante, describit eandem in solis præpositis, similiter in hypocrisi, deinde reuelatam. Nam quòd aliam dicit, ratione officij dicit: siquidem alias vna est. Quod est autem mare, hoc teste Daniele est terra: cui quatuor bestias de mari ascendere cernenti per angelum dicitur. Hæ quatuor bestiæ magnæ, quatuor regna cõsurgent de terra. Deniq; agni cornua præfert, quo draconis de quo supra meminerat, venena latenter inferat: quia per hypocrisin sanctitatis, eam quam in se veraciter habuit dominus, singularem sibi inesse & sapientiam mentitur & vitam. De hac bestia dominus, attendite inquit, à pseudoprophetis, qui veniunt ad vos in vest. ouium, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. Porro Tychonius aliam bestiam, suo more hæreticam ecclesiam esse dicit: quod (quum ille à Donatiana factione noscatur fuisse non alienus) pium requirit intellectum. Idem quoq; duo cornua duo testamenta interpretatur.

Dan. 7. e.

Gr. li. mor. 33. c. 36.

Duo cornua sapientia & vita.

Mat. 7.

*In conspectu eius.)* Perinde sonare videtur, ac si dicat

dicat ad gloriam eius, vel in nomine eius.

*Et fecit terrã & inhabitãtes in ea adorare bestiã.)* Et, secundo loco positum, interpretandi naturã habet. Fecit enim terram, hoc est, habitantes in terra, & terrenis rebus inhiãtes adorare bestiam primam. Quanquã Beda altius hunc locum assumens per terrã corpora, per inhabitantes in ea, animas intelligẽdas subindicat: vim inquiens seductionis ostẽdit, & corpus sibi mancipasse, & animã quæ habitat in ipso.

*Vt faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagam gladij, & uixit &c.)* Quod ad communem intelligentiam attinet, qua hæc & reliqua quæ vel præcedunt vel sequuntur in nouissimis temporibus iuxta literã adimplẽda intelliguntur, quoniã verba ipsa satis per se expedita sunt, non opus est vt quicquam admoneam, nisi hoc fortasse quòd eandẽ hic dicat plagã gladij, quam supra plagã mortis appellauit, nimirũ qua bestia se interemptã simulauit. Nam quod græcè legitur imaginem τῷ θηρίῳ ipsi bestiæ, manifestum est non aliud intelligi debere, quàm si casu genitiuo legamus imaginem bestiæ. Verum quando video Bedam, interpretem non aspernandum, aliã quandam proferre intelligentiam, tametsi pauló coactior mihi videatur, obiter tamen eandem adnotare placuit. Dicit ergo: vt faciant imaginem &c. id est, vt seipsos imaginem & similes faciant bestiæ: & quemadmodum ipsa plaga mortis interemptam ac deinde reuixisse finxit, ita & illi se dicãt commortuos, & consurrexisse Antichristo.

*Et datum est illi ut daret spiritũ imagini bestiæ, & ut loquatur imago bestiæ.)* Id est, ipsi populo, qui

bestiæ sese imaginem effecerint, bestia ipsa spiritum veritatis se dare simulabit: atq; ita non modo huiusmodi populum simulato spiritu deludet, verum etiã docendis alijs faciet idoneum: id enim est, vt loquatur imago bestiæ.

*Quicunq; non adorauerint ima. best.)* Id est, quicunq; non consentiunt, nec subijciuntur diabolo.

*Et faciet omnes pusillos &c. habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis, & ne quis possit emere &c.)* An hæc sicut & præcedentia iuxta simplicem verborum intelligentiam adimplenda sint, vetustiores sanè interpretes non indicant: quanquàm id sanè non fuerit absurdum existimare, maximè si meminerimus, quãta prodigia quamq; stupenda Apost. in posteriore ad Thes. epi. per Anti-
2. Thes. 2. christum gerenda prænunciet. Quod ad mysticum
b. sensum attinet, Character iste mysterium vel notã declarat iniquitatis, & criminis, quam habituri sunt
t. a. impij aut in manu sua dextra, per operationem, aut in frontibus per confessionem.

*Ne quis poßit emere aut uendere, nisi qui habeat characterem aut nomen bestiæ, aut num.)* emptionẽ & uenditionem hanc quoniam nemo interpretum quos quidem videre licuit (præter vnũ Ansbertum qui de prædicatione & fide præstanda prædicationi interpretatur) ad mysticum sensum retulit, ad literam intelligamus oportet. Quum autem dicit, nisi qui habeat characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eis, sentit secundum Bedam nulli dandam uendendi & emendi copiam, nisi qui fraudis diabolicæ fuerit imitator. Character

enim

enim, id est, nota & nomen bestiæ, & numerus nominis eius, teste eodem unum sunt. Vel, nisi qui habeat characterē, aut no. aut num. id est, nisi qui confiteatur, aut appellationē aliquā ab ipsa bestia habeat, aut e numero sit credentiū Antichristo, & (ut semel dicam) qui quoquo modo ad bestiam pertineat. d.

*Qui habet intellectum computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est: & numerus eius sexcenti sexagintasex.)* Computet numerum bestiæ, hoc est multitudinem ad bestiam pertinentem: vel secundum alios, numerum in bestiæ nomine comprehēsum. Numerus siquidem non Dei, nec Satanæ, nec bestiæ, sed hominis, nempe Antichristi, iuxta illud, homo peccati, filius perditionis. Et numerus eius χξς. 666. tanquàm si dicat certus quidam numerus est, Deo p̄scitus, longè inferior numero illo agni de q̄ mox, qui 144.000. complectitur. Quidā ex recentioribus numerum hunc bestiæ ad annos Antichristi pertinere existimat. Irenæus verò, Lib. aduersus hęreseis 5. circiter finem, eundem hunc numerum ad sexies millenos annos mundi refert, in quibus ait diabolicæ malitiæ apostasiam consummari. Nam sicut 6. diebus mundus hic factus est, ita & sex millenis ait eundem consummari. Sed præstat ipsius hæc verba ascribere. Characterem, inquit, in fronte & in manu dextra faciet dari, ne posit aliquis emere vel vendere nisi qui ha. cha. nominis eius, & esse numerum sexcentos 66. quod est sexies centeni, & deni sexies & singulares sex: in recapitulationem vniuersæ apostasiæ eius quæ facta est in 6000. annorū. Quotquot enim diebus hic factus est mundus, tot & millenis annis consummatur. Et propter hoc ait b.

scriptura

ſcriptura Geneſeos, Et conſummata ſunt cœlum & terra, & omnis ornatus eorũ. Et cõſummauit Deus in die 6. omnia opera ſua quæ fecit, & requieuit in die 7. ab omnibus operibus ſuis quæ fecit. Hoc aũt eſt & anteſactorum narratio quemadmodũ facta ſunt, & futurorũ ꝓphetia. Etẽ dies domini quaſi 1000. anni. In 6. aũt diebus conſummata ſunt q̃ facta ſunt. Manifeſtũ eſt qm̃ conſummatio ipſorũ ſextus milleſimus annus eſt. Hactenus Ire. verba: qbus equidẽ non hoc eũ ſenſiſſe arbitror, q: in ſexto millenario creationis mundi ſeculũ hoc ſit finẽ habiturũ, vt prima facie verba indicare videntur, ſed illos 6. creationis dies, tanq̃ quædam ſex milia annorũ fuiſſe, quæ cõplectantur oẽm mundanæ creationis perfectionem, vt ſcilicet numerũ pro indeterminato accipiamus. Et quanq̃ aũt numerũ hunc beſtiæ ad tẽpus vt diximus referat, docet tñ eodẽ in loco ex eorũ traditione, qui facie ad faciẽ Iohannẽ viderũt quòd numerus nominis beſtiæ ſecundũ Græcorũ cõputationẽ per literas q̃ in ipſo ſexcẽtos habebit, & 60. & 6. hoc eſt decades æquaſeis hexacõtaſin (ſic eñ ipſius habent verba) & hecatontadas æquaſeis monaſin. Poſt deinde aduerſus eos inuehitur qui vel numerũ peruerterant pro ξ, ι, idem pro 60. 10. ſubſtituentes, & item aduerſus eos q nomina quędã adinuenerãt (vt τᾶταγ ἀντιμὸς ἀρνουμι &c. de quibus habes in cõmentarijs Bedę, & Arethæ) q̃ ſuis literis numerũ hũc referrẽt, quũ penitus incertũ ſit q̊dnã aut q̃le ſit beſtia illud nomen habitura, ſcribens item ad hunc modũ. Oportet taleis diſcere, & ad verũ recurrere nominis numerum, vt non in pſeudoprophetarum loco deputentur. Sed ſcientes firmum numerum qui à ſcriptura

aliâs Ieſum

Hexacontaſin & monaſin datiui ſunt caſus.

ptura

ptura annunciatus est, id est sexcentorum sexaginta sex, sustineant primum quidem diuisionem regni in decem: post deinde illis regnantibus, & incipientibus corrigere sua negocia, & augere suum regnum, qui de improuiso aduenerit regnum sibi vindicans, & tenebit prędictos, habens nomen cōtinens prędictum numerum, hunc verè cognoscere esse abominationē desolationis. Et aliquanto inferius subdit. Certius ergo & sine periculo est sustinere adimpletionē prophetiæ, quam suspicari & diuinare nomina quælibet, quādo multa nomina inueniri possunt habentia prędictum numerum. Et nihilominus quidem erit hæc eadē quæstio. Si enim multa sunt quæ inueniunt nomina habentia numerū hunc quod ex ipsis portabit qui veniet queritur &c. Præterea in eo, quod dicitur numerus eius 6666. videtur allusum & respectum esse ad nomen illud legionis quod 6666. continet: & dū primus hic numerus sublatus est, insinuari videtur maximā diabolo & virium & eorum quos sub se habebat per Christum subtractā esse copiā: ita vt iā gloriari & dicere nō possit (sicuti olim) legio mihi nomen est.

## *Ex capite XIIII.*

*ET uidi & ecce agnus stabat super montem Sion, & cum eo centum quadragintaquatuor milia habentes nomen eius & no. &c.*) Loquutus suprà de bestia, de charactere bestię, deque numero seu multitudine eiusdem: hic demum in cōtrario versatur argumēto: & qui viderat bestiā superba animi mobilitate ascēdentē aut super arenā ruinosam (iuxta alterā illā

de qua

de qua supra meminimus lectionem) consistentem; hic contra agnum Christum videlicet cernit eodem semper diuinitatis suæ tenore peristantem. Stabat

b. autem super montem Sion, id est, ecclesiæ suę, exemplo virtutis, & protectionis munimine sese præstare & præesse ostendebat. Qui prius characterem bestię aut numerum nominis eius in dextera manu aut in frontibus viderat reproborum, modo nomen agni & nomen Patris eius expressum in frontibus cernit electorum. Qui supra reproborum numerum computarat 666. modo longe altiorem numerum indicat electorum, centum quadraginta quatuor milia. Ideo autem certum se vtrobiq; numerum vidisse cōmemorat, quo tacitè insinuet vtranq; multitudinem certo numero qui solæ diuinæ sapientiæ præscitus & cognitus est, esse conclusam. Cæterū nomen agni & patris eius in frontibus suis gestant, quicunq; liberam eius fidei cuius in baptismo characterem susceperunt, habent confessionem.

*Et audiui uocem de cœlo, tanquàm uocem aquarū multarum, & tanquàm uocem tonitrui magni.)* Vox aquarum multarum velut tonitrui magni, vox est omnium sanctorum magno charitatis & deuotionis affectu laudem & gloriam in altissimis Deo canentiū. Vox quoq; tonitrui magni intelligi potest,

g. quòd eos qui ad ipsorum consortium venire refugerunt exterreat: & vox citharœdorum citharizantiū, quod Deum pariter & vniuersum electorum chorum suauissimæ melodiæ dulcedine oblectet.

**Vox citharœdorū.**

*Hi sunt qui cum mulie. non sunt coin. uirgines enim sunt.)* Virgines, inquit Tichonius, hoc loco non solum

lum corpore castos intelligamus, sed maximè omnem ecclesiam quæ fidem puram tenet sicut dicit apo. desponsam enim nos vni viro virginem castam exhibere Christo, nulla adulterina hæreticorum cõmixtione pollutam, nec in male blandis & mortiferis huius mundi voluptatibus vsq; ad exitum vitæ suæ absq; remedio pœnitentiæ infelici perseuerantia colligatam. 1. Cor. 11.

*Et uidi alterum angelum uolantem per medium cæli, habentem euangelium æternum.*) Descripta impugnatiõe facta per duas bestias, suppositoq; auxilio agni, & dignitate familiæ eius ostẽsa, subiungitur hic admonitio, vt ad hanc familiam accedatur, & comminatio vt ab illa alia declinetur. Deniq; quoniam duas bestias quasi duos testes peruersæ prædicationis imo blasfmiæ uiderãt, hic e diuerso ad maiorẽ cõfirmationem tres veri & æterni euangelij testes in destructionem & damnationem impiæ persuasionis ac familiæ draconis inducuntur: Duos habes in sequentibus vbi dicitur & alius angelus, ac deinde, & tertius angelus. Notum est autem angelũ non aliud quàm nuncium declarare quapropter rectè euangelium hoc est bonum nuncium habere scribitur. Angelus ergo volans per medium cœli habens euangelium æternum, prædicator intelligitur, cui delegatum sit vt per medium ecclesiæ discurrens verum stabile ac lætum nuncium cunctis annunciet. g.

*Cecidit, cecidit Babilon illa magna.*) Ciuitatem diaboli ruinosam iam cecidisse dicit: siue more scripturæ quæ solet præteritum ponere quod nouit ineuitabiliter adimplendum: siue quòd superbi tunc

sint à domino deiecti quādo a diabolo sunt inflati.
T. li. cō. Iudę. Inpcitanus. Babilon siue בבל Babel, confusio interpretatur. Tertul. per Babilonem dicit designari Romam.

*Quę à uino iræ fornicatiōis suæ potauit om. gētes.* Quod exponens Glos. or. à vino, inquit, iræ fornicationis, hoc est, à vicijs & præcipue idololatria quæ est dulcis potus peccātibus, quibus alios inquināt, & ne recto tramite gradiantur inebriant. Vnde debetur eis ira Dei. Alij vinum iræ fornicationis, siue uinum fornicationis, vt in græcis est omisso iræ uocabulo, peruersum dogma doctrinamque erroris accipiunt.

*Hic bibet de uino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius.*) De æterna sentit damnatione. Scito autem quòd meri vocabulum in arcanis literis
Psal. 74. fere in deteriorem partem vsurpari consueuit. Vnde in Psalmo, quem hic locus respicere videtur, scriptū est. Quia calix in manu domini vini meri plenus misto siue κεράσματος mistione: bibent omnes peccatores terrę. Et ἄκρατον non modo merum, verum etiam intemperantiam & sæuitiam significat. Quanquàm totus hic locus vt græcè scriptus est multam habet amphilogiæ. Sic enim habet: Αὐτὸς πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ, τοῦ κεκρασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ. Potest enim ad hunc modum intelligi. Hic bibet ex mero vino furoris diuini quo mistus, hoc est, vt vulgo loquimur, propinatus est in poculo iræ Dei. Atq; ita ἀκρατὲς epitheton erit vini ab ἄκρατος, id est, purus. Vel sic. Hic bibet de vino furoris Dei, quod austeritate tempera-

peratum est in poculo iræ ipsius. Denique quia varij sunt genitiui, variæ itẽ possent fieri constructiões. Id quoniã per se manifestum est, nec multum habet momenti, non opus esse puto vt latius explicemus.

*Heic patientia sanctorum est.*) Heic inquit, id est dum prædicta de æternis impiorum supplicijs sic se habere animaduertuntur, magnum præbetur fidelibus tolerantiæ exemplum. Vel heic, id est, in hoc tẽpore sanctorum patientia mox vtique habitura finẽ, quum contra vt prædicitur fumus tormentorum hominum impiorum ascendat perduretque in secula seculorum. d

*Et uidi & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similẽ filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam.*) Qui tali hoc schemate exhibetur, supremi iudicis Christi personam signare intelligendus est. Proinde nubem candidam, humanitatem (in qua videlicet etiam ab his qui eum compunxerunt videndus est) coronam auream, victoriam regnantis: falcem in manu eius, iudicialẽ in potestate eius accipimus dirimendi sententiam. Rupertus hæc ad primum Christi aduentum magis competere putat. b

*Et alius angelus exiuit de templo, clamans uoce magna ad sedentem super nubem. Mitte falcem tuam &c.*) Angelus hic è templo sanctorum egrediens & clamans voce magna vt falx in messem mittatur resecandam, desiderium indicat

beatorum magno affectu efflagitantium, iam tum
ar. supremæ messis tēpore ingruente, electorum repro
borumq; fieri remunerationem. Mitte ergo, inqui-
b. unt, falcem & mete, quia venit hora vt metatur quo
niam aruit messis terræ: perinde ac si dicant. Ecce
abundante iniquitate refrixit charitas multorum, &
æstu malorū incūbente messis mundi pene iā virere
cessauit. Ne ergo grana iā matura decidāt, ꝓpter ele-
ctos breuia dies: & zizania quidē paleasq; flammis,
fructū vero cœlestē horreis reconde felicibus. In hūc
sensum Be. At Rupertus vt præcedentia ad priorem
Christi aduentum, ita hæc refert, ad messem illam de
qua saluator apud Iohan. ca. 4. Ecce inquit dico vo
bis: leuate oculos vestros, & videte regiones, quia al
bæ sunt iā ad messem &c.

*Et alius ang. exiuit de templo quod est in cælo ha-
bens & ipse falcem acutam.* Et *alius ang. exi. de altari
qui habebat potestatem super ignem, & clamauit &c.*
Mitte falcem tuam ac. & vinde. Iste alius atq; alius
angelus diuersos indicant ordines sanctorum, qui
& ipsi iudicaturi cum Christo habituri sunt potesta-
tem vnanimum & iudicis pronunciaturi sententiam &
suis calculis approbaturi. Vel quod prius in genere
dixerat, alius angelus exiuit de tem. clamans voce
magna ad sedentem super nu. Mitte falcem &c. sub
vno illo angelo vniuersum cœlestis militiæ chorū
cōprehendens, idē hic apertius repetit, duplicē cōsti
tuens ostendens-ue iudicaturorum ordinem homi-
num videlicet & angelorum, quorum illi simplici-
ter è tēplo cœlestis habitationis, isti vero ab altari, q̄si
à sanctiori templi loco egredi cernuntur. Deniq; vt
& Bedæ

& Bedæ in hunc locum sententiam habeas ipsius glossema subscribo. Si Christus inquit visus est in nube cādida messor, qs est iste vindemiator, nisi idē ꝓpter geminū ecclesiæ fructū elegāter repetitus? Quia qui seminauit bonum semen in ag. s. ipse quoq; vineam in loco vberi plantauit: sed vtraq; cultura cultodum incuria degenerauit. Idem prætera in eo quod dicitur habens pot. super ignem, indicat illum significari ignem qui exijt de ore testium, & comedit inimicos eorum.

*Vindemia botros uineæ terræ, qoniam maturæ sunt uuæ eius, Et misit angelus falcem suam acutam in terram, & uindemiauit uineam terræ, & misit in lacum iræ dei magnum, & calcatus est lacus extra ciuitatē, & exiuit sanguis de lacu usq; ad frenos equorū.)* Sicut suprà per terræ messem reproborum damnationem indicauit: ita & nunc eandem manifestius per vineæ vindemiationem ostendit: nisi quod in messe & vindemia, exordium & consummatio eiusdem demnationis videatur iudicari. Quòd ergo dicitur, mitte falcem t. acutam, & vindemia botros vineæ, verba sunt angeli egressi de altari admonentis alterum angelum qui è cœlo egressus fuerat, vt malæ vineæ malos botros ob completam iam maliciam muturos, in profundum laci infernalis, videlicet extra electorum ciuitatem contrudat cruciandos: quorum cruciatus tam erit immanis & cruentus, vt erus indicia quodammodo ad frenos vsq; equorum in torculari operantium pertingere videatur. Hyperbole enim est in eo, quod dicitur vsq; ad frenos equorum per stadia 1600. Quanq̄ postremam hanc particulam b. Hyperbol.

b. ticulam communiter in hunc sensum edisserunt. Et exiuit sanguis de lacu &c. id est, vsque ad rectores impiorum, videlicet diabolos, vltio effusi sanguinis
Eze.35.b. sanctorum peruenit: Sicut scriptum est: In sanguine peccasti, & sanguis te persequitur. Quod autem ab angelis vuæ impiorum colligendæ & in lacum iræ emittendæ sint, testatur parabola illa zizaniorum Matt.13. quam quum saluator ipse exponeret, Messores inquiebat angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania & igni cōburuntur, sic erit in consum. se. Mittet fi. hominis ang. su. & colligent, &c. & mittent eos in caminum ignis. Quòd si iuxta Ticho. &
d. Primas. legas καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν ληνὸν τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ τὸν μέγαν, vt magnus sit alterius generis quàm
n. lacus, per illud τὸν μέγαν Satanam intelligas oportet.

*Per stadia mille sexcenta.*) Equidem simpliciter
p. hoc arbitror per hyperbolen accipiendum. Tamen Beda, Tichonium imitatus interpretatur hoc esse per omnes quatuor mundi partes: Quaternitas est enim, inqt, conquaternata, sicut in quatuor faciebus quadriformibus, & rotis. Quater enim quadringenti, mille sexcentos faciunt. Potest etiam hoc ad illud referri, quod paulo ante præcessit, & calcatus est lacus extra ciuitatem, vt intelligamus torcular impiorum longè à ciuitate sanctorum esse dissitum.

## *Ex capite XV.*

*ET uidi aliud signum in cælo magnū & mirabile, angelos 7. habentes plagas 7. nouissimas, quoniam in illis consummata est ira Dei.*) In cælo vidit .i. in ecclesia, quæ subinde cæli nomine in hoc opere designatur. Aut in cœlo vidit, id est, cœlesti demonstra

tions

tione cognouit, quid in ecclesia gereretur. Vidit ergo 7. angelos, id est, quotquot sunt veros euangelicæ veritatis præcones, habentes plagas 7. nouissimas, nimirum quòd ἐν αὐτοῖς, id est, per illos vltio diuina consummanda sit.

*Et uidi tanquam mare uitreum mixtum igne, & eos qui uicerunt bestiam & imaginem eius, & numerum nominis eius stantes super mare uitreum habentes cytharas dei, & cantantes canticũ Mosi serui dei, & canticum agni.)* Vidi, inquit, eos q à bestia diabolo superati nõ sunt, sed fortiter eã, & eos q ipsius numero continent superarũt, stantes: non iam in terra aut mari, alijs locis in quos 7 sunt plagæ nouissimæ effundendæ, sed supra mare vitreum, id est, ab huius mundi plusquam fragilis procellis longius separatos, et ipsa idem cantantes canticum quod Moses cecinisse cognoscitur, quum rubri maris vndas Pharaone cum exercitu suo submerso, ipse fœliciter euasisset: Cãtemus inquiens, domino, gloriose enim magnificatus est: quod ipsum & canticum agni est, quia ad agni, nempe Christi gloriam decantatur. Cãtabant autem non in citharis manufactis, sed in cithara Dei spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus suis domino. Cæterum interpretes communiter ad allegoriam spectantes mare vitreũ fontẽ baptismi perlucidum & igne spiritus S. consecratum accipiunt. canticũ verò Mosi, & canticũ agni, vtriusque testamenti: quod tũ verè decantari dicunt, quum vtriusque legis mandata obseruantur. Exo. 14.

*Post hæc uidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cælo.)* Per hoc significatur, quòd

verum & spirituale templum Dei (cuius figuram tẽplum illud & tabernaculũ testimonij à Mose in eremo ædificatum, prætulit) apertis mysterijs toti mundo cœperit referari & ostendi, vt dominus à cunctis posit gentibus adorari, quum prius ab vna tantum
b. gente Iehudæorũ fuerit adoratus: & vnius tantum ciuitatis mœnibus templũ illud tabernaculi clauderet.

b. *Et exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo.*) Hoc est, apud B. Marcus in fine euangelij sui ait, illi autem profecti prædicauerunt vbiq;.

*Vestiti lapide mundo & candido.*) Siue vt græcis legitur ἐνδεδυμένοι λίνον καθαρὸν λαμπρὸν, induti linteo mundo splendido. per quod vitę ipsorum prædicantium puritas & gratissimus bonis & gloriosus eorundem aduentus, significatur. Aut, si mauis ad allegoriam referre, vestiti lapide mundo, id est, induti Christum, qui non raro lapidis nomine in scriptura designari solet. Quotquot enim (ait apo ad Gal.3.) in Christo baptestis, Christũ induistis.

*Et præcincti circa pectora zonis aureis.*) Et hoc ad decorem facit prædicantium, & ad firmitatem animiq; promptitudinem in obeundo munere, declarandam. Quanq̃ zonas aureas alij fulgorem diuinæ sapientiæ, alij vinculum charitatis, alij castimoniæ puritatem, interpretantur.

Et *unum de 4. animalibus dedit 7. angelis 7. phyalas aureas plenas iracũdiæ Dei uiuẽtes.*) Quod vnum e 4. animantibus, angelis phyalas iracundiæ dedisse dicit indicat ipsos angelos Dei nuncios, nõ à seipsis sed superne euangelij autoritate vltrices huiusmodi phyalas accepisse. Vt autem & Bedæ Tichonium

hac

hac in parte æmulantis sententiam habeas, ipsius commentum subscribo. Istæ inquit, sunt phyalæ quas cum odoribus ferunt animalia & seniores quę sunt ecclesiæ, qui & septem angeli. Eadem quippe phyalæ & suauitatem supplicationum & iram supplicioium habere dicuntur, quum à sanctis pro regni Dei aduentu funduntur, quãdo iudicia Dei nõ iam occulta sicut*abyssus, sed aperta vt phyalæ iustis latura salutem: impijs verò prædicantur inferre perniciem, sicut apost. ait, quia Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui fiunt, & in his qui pereũt Huc usq; Be. Rupertus tunc angelis phyalas datas fuisse dicit, quando qui erant homines sine literis & idiotæ scripturarum intelligentiam, omniumq; linguarum copiam, acceperunt: & iccirco ab vno animantiũ datas phyalas, quòd ab vno Luca narratum sit. quomodo Spiritus sanctus discipulorum & corda per scientiam & ora per omnimodam eloquentiam tanquam phyalas dilatauerit. Phyalę vel phialæ vascula sunt patulo ore dilatata. Sup.c.5.b. *Forte cyathus legendum. 2.Cor.2. Act.2. Phyalæ.

*Et impletum est templum fumo à maiestate* Dei, *& de uirtute eius.* Si fumum in bonam partem accipias, quemadmodum Iesa. vaticinij sui ca.6. narrat clamantibus Seraphim sanctus. S. S dominus Deus sabaoth, domum domini fumo fuisse impletam, de fumo sentiens incensorum: tum templum fumo impleri intelligendũ est, quando in ecclesia ex igne charitatis vapor piæ confessionis orationis & laudis ascendit. Sin verò in malam partem accipias, sensus erit diuinæ maiestatis & virtutis mysteria caligine quadam occultari, nec posse perfectè à mortalibus, d.b.

præcipue ab infidelibus cognosci.

*Et nemo poterat introire in templum, donec consummarentur 7. plagæ 7. angelorum.*) Sentit secundum Ruper. populum Iehudaicum à nemine posse conuerti, donec per vniuersum terrarũ orbem prædicetur Christi euangelium, quo plagosum nunciatur imminere iudicium. Vel secundum Be. nemo potest ecclesiæ membris incorporari, nisi qui mysteria fidei audiens discit à prædicatoribus, quia Iesus constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorũ.

## *Ex capite XVI.*

b. ET *audiui uocem magnam de templo, dicentem septem angelis: Ite, & effundite 7. phyalas iræ Dei in terram.*) Per hoc insinuatur ecclesiæ cœlitus datam esse potestatem, iudicium spiritualiter inferendi damnandis: & absolutionem misericorditer
r. dandi conuersis. Quod ergo dicit, ite & effundite 7. phyalas iræ Dei in tẽ. tantundem valet ac si dicat: palam arguite mundum, & significate quas ob causas terrenarum rerum amatores, Dei viuentis iram mereantur.

*Et abijt primus angelus & effudit phyalam in terram, & factum est uulnus sæuum & pess. in homines qui habebant characterem bes. &c. Et 2. angelus effun-*
r. *dit phyalam suam in mare & factus est sang.*) Aduertendum in omnibus his locorum appellationibus, nempè terræ, maris, fluminũ, solis, ac cæterorum in quæ 7. phyalæ effusæ narrantur, quanquàm diuersi

esse

esse videantur, vnum tamē & idem cōplecti impio
rum hominū corpus. Similiter etiam per 7. plagas,
quæ ad effusionem phyalarum, id est, ad prędicatio
nem correptionemq; nunciorum Dei subsequutæ Mat 5. a.
sunt: nō aliud prę signari arbitror, quàm vnū nouissi
mum diuinæ vltionis supplicium, quo omnes im-
pij æternùm sunt cruciādi. Sed quemadmodum sal-
uator noster in euangelio diuersos pro diuersitate
quarundam virtutum distinxit electorum homi-
num gradus, & pro graduum diuersitate, diuersa iu
xta cuiusq; gradus qualitatem accommodauit præ
mia, quum tamen ad vnum omnes pertineant, &
idem omnes maneat cœlorū regnum: ita hic quoq;
& diuersis nominibus impij pro diuersitate crimi-
num secernuntur, & diuersæ eisdem plagæ assignan
tur. Illud præterea hic animaduersione nō indignū
eodem ordine, & per easdem ferè mundi partes, has
plagas effundi, quibus supra ca. 8. 9. & 11. sub voce
7. angelorum tuba canentium scribūtur illatę. Hæc
ad intellectum 7. plagarum breuiter dicta sufficiāt:
nam mihi non videtur operæprecium, curiosius in
quirere, quibus rationibus quibusue criminibus, 7.
hę mundi partes sint distinguendæ: tantum illud sat
esse arbitror, vt sciamus his verbis indicari nullum
genus impiorum cuiuscunq; status conditionisúe
existat, ab his plagis fore liberum.

*In mare, et factus est sanguis.* Sentit ipsum mare, in
sanguinem fuisse conuersum. Ita & quod in sequen
tibus dicitur, effudit phyalam suam super flumina,
& super fontes aquarum, & factus est sanguis,
idem est, quod explanatius diceremus & latinius, effe
cta sunt sanguis.

Et au-

*Et audiui angelum aquarum di. Iustus es domine,* Aliâs qui. *qui es, & qui eras sanctus quia hæc iudicasti, &c.* Et *audiui altera dicens* Etiam *domine* Deus *omnipotens uera & iusta.*) Ne quis fortè causaretur has plagas citra æquitatis & iustitiæ ratiõem malis irrogari, duo hic quasi testes inducuntur diuinum hac in parte iudicium omnino iustissimum attestantes, quorum prior est angelus aquarum præfectus (vt quælibet penè res suum habet angelum custodem:) quanquàm interpres comiter in angelo aquarũ omnes angelos populorum siue etiam scripturarum volunt intelligi. Alter testis est ipsum altare eorum videlicet vice quorum animę sub altari conquiescunt, Supra.6. quę & ipse clare supra c.6. auditę sunt, dicẽtes: Vsque quo domine sanctus & verus non iudicas & vindicas sanguinẽ nostrum, &c. Hic em̃ pro vindicta iustè reddita quam ibi præcabantur gratias vindicatori suo referunt. Est autem metaphora in vocabulo altare, Sic enim altare loqui dicitur quomodo prata ridere & segetes sitire dicuntur.

*Super sede bestiæ.*) Id est, super thronum & regnum Satanæ.

*Et commanducauerũt linguas suas.* ij videlicet, qui sub bestiæ regno continebantur.

*Et sextus angelus effudit phyalam suam in flumen illud magnum* Euphratem, *& siccauit aquam eius.*) Si quæratur quur hoc flumen præ cæteris propria phyala percussum sit, dicendum, quòd quum Euphrate flumen sit Babyloniæ, eamq́ per medium diuidat, magnum proculdubio toti Babylonię pręstet

ftet emolumentum. Quum autem Babyloniæ nomine, impiorum soleat generatio designari, & huic regioni & per consequens vniuersæ impiorum nationi ex eiusmodi fluminis exiccatione magnū noscatur accedere detrimentum, merito tam ingēs malum nempe Euphratis exiccatio, inter cæteras plagas per quas omnes vt supra indicauimus vltimi supplicij pœnæ præsignantur recenseri debuerat.

*Vt præpararetur uia regibus ab ortu solis.*) Siquidem ex Euphratis exiccatione multis regibus ac populis etiam in longissimis agentibus terræ finibus, liberfactus est ad varia loca migrandi transitus: per quod significatur, apertam esse viam omnibus liberè currendi ad Christum. Verum antiquus humanæ salutis hostis, cernens ex hoc non mediocre regno suo accrescere dispendiū: quasi excetra percussus, dum vno cæditur capite mox alia eidē tria in maiorē fidelium perniciem capita repullulant. Nam hoc illud est quod è vestigio subditur.

*Et uidi de ore draconis, et de ore bestiæ et de ore pseudo. exire spiritus tres immūdos in modū ranarū.* Vnus atq; idem in tribus his nominibus diabolus, aut certè vniuersum diaboli corpus, draconis bestiæ & pseudoprophetæ in sese continens proprietates ac naturas designatur. Iuxta communem vero explanatorum sententiam per draconem malorum spirituum principem: per bestiam Antichristū: per pseudoprophetam, multitudinem falsorum prædicatorum intelligere possumus. Quanquàm prior sententia minus est assectata. Sicut ergo diabolum seu corpus eius trifariam distinguit: ita treis spiritus, id est,

id est, flatus immundos & fœtidos, ὅμοια βατράχοις, id est, ranis similes vidisse se dicit, ex ore ipsius exeũtes protumpentesq́; in apertas sacræ triadis blasphemias, & fidei, spei, & charitatis persequutiones: qui ideo ranis comparantur, quod non modo auditu propter molestiam impie garrulitatis coaxationẽ, verum etiam visu propter cœnosa in quibus versantur peccata abominabiles habeantur.

*Congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis* Dei.) Tanta est enim diabolicæ tyrãnidis superbia, vt se vna cum regibus terræ malitiæ suæ assectis, potentissimo Deo & venturo in supremo die iudici occurrere & resistere posse arbitretur.

*Ecce uenio sicut fur.*) Vetustum quoddam exemplar habebat, ecce venit sicut fur, quemadmodũ & Beda indicat in alia haberi editione: & id sanè commodius est, quum quia immediate præcessit, ad diẽ
d. magnum omnipotentis Dei, cui aptius subiungitur citra personæ mutationem, ecce venit, vt subaudias, dies magnus vel omnipotens Deus: tum etiam quia ad eandem personam pertinere videtur quod paulo post subditur, Et congregabit illos.

*Et custodit uestimẽta s.ne nudus ambu. & uideant turp.c.*) Vestimenta custodit quisquis præcepta innocentię conseruat, aut charitatem siue etiam bona opera habet. Turpitudo tunc cernitur, quum vita reprehẽsibilis ante iustorum oculos in iudicio nequaquàm subsequentis boni operis tegmine velatur.

*Et congregabit illos in locũ qui uocatur hebraicè Armageddon.*) Quanquàm hoc plerique ad diaboli perso-

personam referunt, vt sicut supra spiritus immundi d.
dicuntur congregare reges terræ in prælium ad diem
magnū, ita hic diabolus in tribus illis spiritibus cō-
prehensus subaudiatur, qui cōgregaturus sit omnes
reges totius terræ in locum qui vocatur Armaged-
don. Nam hic etiam locum exprimit quum supra
tantum diem & congregationis causam indicarit.
Armageddon teste Hiero. in catalogo nominum
hebra. interpretatur consurrectio tecti, siue consur-
rectio in priora. sed melius, inquit, mons è latruncu
lis, vel mons globosus: secundum quosdam vero
mons euāgelij, vel mons pomorum siue fructuum
s. electorum.

*Et 7. angelus ef. phy. s. in aerem, & exiuit uox mag na de templo & throno di. Factum est. Et facta sunt fulgura & uoces & to. & terræm. fac. est mag. &c. Et facta est ciuitas magna in treis partes & ciuitates gentium ceciderunt. Et Babilon magna uenit in memoriam ante Deum dare illi calicem uini indignationis iræ eius &c. usq; ad finem capitis.* Huius plagæ descriptione, sicut & cæterarum præcedentium, horrorē immanitatemq; præsignat (vt supra indicauimus) æternorum suppliciorū. Qm̄ enim æterna illa supplicia quæ spiritualia sunt, vt sese in veritate habēt, nec verbis explicari queant, nec sensibus humanis comprehendi, rebus quibusdā corporalibus indicantur, quæ maxime pro humani ingenij captu ad ea insinuanda facere videntur. Quum autem vox auditur è tēplo & throno dicēns, factū est, quasi testis certissimus inducatur, quod re ipsa ita futura & implenda sint, vti hic mystica visione exhibentur. Quod

verò

vero dicitur facta est ciuitas magna in tres partes, perpetuum reprobę ciuitatis diabolicę dissidiū indicare potest. Treis denicꝫ diuisionis partes ponens, ad tria illa nomina supra posita draconis bestiæ & pseudoprophetæ, & ad tres spiritus immundos respicere videtur. Postremo ruina ciuitatum gētilium
c. munimen & spem omnem damnatorum prorsus casuram insinuat. Cætera ferè expedita sunt. Qui ante nos scripserunt, totum ferè hoc capitulum longè secus & variè interpretati sunt: verùm quæ diximus commodiora nobis visa sunt: nullius tamē interim sententiæ præiudicamus.

## *Ex capite XVII.*

V*Eni & ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt, qui inhabitabant terram de uino prostitutionis eius.*) Quę hic meretrix dicitur, eadem est, quæ ca: proximè præcedenti ciuitas magna Babilon, id est, perditorum
b. multitudo appellata est. Meretrix autem vocatur, quia relicto creatore, dæmonibus se prostituit: quæ sedet super aquas, id est, in fluctibus discordium populorum conquiescit: cum qua fornicantur & inebriantur vino prostitutionis eius, quicunqꝫ terrena superbæ appetentes fluxisqꝫ rebus inhiantes illecebra seculi huius siue vitiorum libidine constuprantur, mentisqꝫ insania inebriantur.

*Et abstulit me in desertum.*) Rectè in desertum abdu-

abducitur, quia ad eam vidēdam fertur, quæ se longius à Deo segregauit.

*Et uidi mulierem sedentē super bestiam coccineā.* b.
Id est, super diabolum, impietate & tyrannide cruētum. Cætera in contextu explicantur.

*Et mulier erat circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, &c.*) Hæc omnia splendorem & gloriam indicant terrenę fœlicitatis: qua reprobi plerūque in hac vita potiuntur.

*Et in fronte eius nomen scriptum, mysterium.*) Tanquàm si dicat, quod in fronte eius erat nomen scriptum, mysterium erat ipsius, nempè quod sequītur Babylon mag. &c.

*Et miratus sum quū uiderē illā admiratione magnā.* Quum se Be. Iohannes magna teneri admiratione dicit, imperfectorum & infirmorum personam gerit, qui quum ipsi simili gloria non fulgeant, imò cōtra aduersis tribulentur, admirari solent perditorū c.
tantam in hac vita felicitatem.

*Bestia quam uidisti fuit & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit.*) De Deo dixerat, qui est & qui erat, & qui venturus est: de bestia verò fuit, ca. I.
inquit, & non est, & ascensurus est, & in interitum ibit. Fuit igitur, & non est: quia qui quondam toti b.
mundo principabatur, Christo supremo rege superueniente foras eiectus est. Sed rursus idem ascensurus est de abysso & in interitum ibit, quia in Antīchristo renascetur, & tunc demum in æternum exitium nunquàm inde relaxandus præcipitabitur.

*Hic est sensus qui ha. sap.*) Hic particula, loci est, significatiua, & ὁ qui habet, ad sensum refertur.

ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν, heic est mens siue sensus habens sapientiam. Explicat enim in sequentibus quædam.

*Septē capita 7. montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt.* In tantum hic liber vndiq; scatet metaphoris, vt metaphora etiam per alteram metaphoram explicetur. Quū enim dicere potuisset septem capita septem reges sunt, per superbiæ tumorem cæteris præminentes, quibus diaboli ciuitas fulcitur, & omnis fouetur impietas, dicere maluit, septem ca. 7. montes sunt super quos mulier, &c. Vbi autem dicitur & reges septem sunt, ibi propriè capita exposuisse intelligēdus est, propterea quòd & copula aliquoties explicatiuam vim habeat.

b. *Quinque ceciderūt, unus est, alius nondum uenit.*) Quum septenario numero omnium regum, impiorum videlicet, comprehendat vniuersitatem: quinq; iam olim cecidisse, sextum adesse, septimum vero insinuat in Antichristo venturum. Possumus autem hos reges secundum diuersa temporum curricula distinguere, vt primus intelligatur ab Adam vsq; ad diluuium regnauisse, 2. à Noë vsq; ad Abraham, 3. ab Abraham vsq; ad Mosen, 4. à Mose vsq; ad captiuitatem Babylonicam, &c.

g.

*Et bestia quæ erat, & non est, & ipsa octaua est, & de septem est.* Bestiā hoc loco, vnum bestię caput Antichristū intelligi oportet: qui quum ex duobus consistat, nempè ex diabolo & homine, illius respectu octaua, istius autem, septima bestia est.

r.

r.

*Et 10 cornua, quæ uidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tāquàm reges*

ges

*ges una hora accipient post bestiam.* Illud primum in dicandū, græca vt hodiè quidē legimus aliquanto se cius habere, ad hūc modū καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες, δέκα βασιλεῖς εἰσιν, οἵ τινες βασιλείαν οὐκ ἔλαβον, ἀλλ' ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς μίαν ὥραν λαμβάνουσι μετὰ τοῦ θηρίου: id est, & 10. illa cornua quæ vidisti decem reges sunt, qui regnum non acceperunt, sed potestatem tanquam reges vna hora accipiunt cum ipsa bestia. Ex his liquet, quòd nō mo- n.
do de decem illis regibus loquatur, qui sub Antichristi tēpora venturi, et orbē vniuersum inter se diuisuri sunt, iuxta quorūdā opinionē: sed prorsus de omnibus. Nā sicut septenario numero ita et denario incer- b.
ta multitudo peculiari huius autoris cōsuetudine indicata intelligi potest. In hoc autē istos à præcedentibus distinguit, quòd istos dicat haudquaquàm ad regiam dignitatē peruenire, propterea quòd suā tyrannidē ad plenū exercere nō sinantur, sed pauco dūtaxat tēpore potestatē tanquam reges accipere. Vnde etiam eosdem notanter cornibus: illos verò capitibus atque etiamnū mōtibus comparauit. Cæterum bestia, vel Antichristus, vel ipse Satanas intelligi potest.

*Aquæ quas uidisti, &c. populi sunt.*) Ideirco aquis Ho. in
populus designatur: (vt inquit Greg.) quia & in vita Eze. 8.
sonum habet ex tumultu carnis, & cotidie defluit ex decursu mortalitatis.

*Decem cornua, quæ uidisti in bestia, hi odient fornicariam, & desolatam facient illam et nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt.*) b.
Gloriam mundi siue pulchritudinem mundanæ creaturæ, cum qua vtique omnes impij reges delecto

creatore scortantur, tunc maxime odisse & innumeris malis afficere comprobantur, quum instrumenta scortationis suæ, ciuitatũ pulchritudinẽ, locupletes gentium multitudines quibus imperãt, cęteraq́;
r. talia quęcunq; in mundo sunt oculorũ concupiscentiam prouocantia, nequaquàm in sua pace florere permittunt, bellis omnia desolantes, turba hominũ crudeli ense perimẽdo, quodammodo carnes eorũ manducantes, ciuitates & castella igni concremantes. Hoc quàm verũ sit, vel ex vno Nerone crudelissimo Imperatore (vt cæteros taceam) cognoscere potest, quisquis ad memoriam reuocarit quãta hic mala Romanæ ciuitati populoq́; & senatui irrogarit:
r. quorũ Boetius reminiscens de conso. phi. li. 2. met. 6. ita cecinit. Nouimus quantas dederit ruinas, Vrbe flammata patribusq́; cæsis, Fratre qui quondam ferus interempto, Matris effuso maduit cruore. Heu grauem sortem, &cæ. non fuerit etiam absurdum, si post huius seculi finem, meretrici & Babylonicæ ciuitati accipiamus irroganda, mala vt quemadmodum in præsenti vita per mẽbra sua nihil non malorũ molitur, ita & post hanc vitã per eadem membra aduersus semetipsam crudelitatem exercere & immania tormenta irrogare intelligatur.

*Vt faciant quod placitum est illi.*) Subaudi bestię. Pro tribus verbis quod placitum est, apud græcos vnum dũtaxat est γνώμην, quod paulo superius consilium versum est. Denique in græcis etiam additur, *καὶ ποιῆσαι μίαν γνώμην*, & vt faciant vnum cõsilium siue voluntate.

*Vt dent regnum suum bestiæ, donec consummentur*

*tur uerba Dei.*)Hoc est, vt vniuersas regnorum suorum vires diabolo impendant, eiq; obtemperẽt, donec finiãtur Dei scripturæ, vel donec impleantur ea, quæ Deus per sanctos prophetas suos de regnis illis futura iudicia prędixit. De quibus cui cordi fuerit copiosius edoceri, Ruperti videat commẽtarios: nam nos, quantum licet breuitati studemus.

## *Ex capite XVIII.*

*ET post hæc uidi alium angelum descendentem de cælo habentem potes. magnam: & terra illuminata est à gloria eius.*) Angelus hic mystica visione Be. Iohanni exhibitus nullius verius quàm Christi personam præfert, cui quàm aptè congruant quæ huic proprietates tribuuntur, manifestius esse puto, quã vt opus sit indicare.

*Clamauit in fortitudine uoce ma. d. Cecidit cecidit Babylon magna.* Clamauit quidem Christus his similia etiam verbis, vt quum diceret nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras, sed longè euidentius vita & passione sua conclamauit. Babylon magna, vt & alibi diximus, ciuitas est diaboli, & vniuersitas iniquitatis. Babylon enĩ confusio interpretatur. Secundum Tertul. Babylon Romanæ vrbis figuram portat, quia magnæ, quia regno superbæ, quia sanctorum debellatricis.

r. Iohan. 9.

Supra. 14.

T. li. aduer. Iudę. c. Incipiamus.

*Omnis uolucris immundæ et odibilis.* Volucres immundæ, dæmones sunt, de quibus apud Lu. ca. 8. Et volucres cœli comederunt illud.

*Reddite illi sicut ipsa reddidit uobis, & duplicate*

r. *duplicia.)* Non in vita præsenti, sed in iudicio sanctis suis qui sessuri sunt super thronos duodecim hoc iubet implendum. Vnde & signanter futuri temporis vsus est verbis dicens, ἀπόδοτε διπλώσατε & κεράσατε.

g.d. *Longe stantes propter timorem tormentorum.)* Voluntate abesse desiderantes, sed tamē eadem tormenta vel inuiti sustinentes. Vel longè stantes, sunt impij in hac vita adhuc superstites, qui tam atrocia diabolicæ ciuitatis tormenta audite inhorrescunt & refugiunt.

*Omne lignum Thyinum.* Thyinū ligni genus est, vt putāt nōnulli albū, spinosum & imputribile. Idē lignum esse volunt quod regina Saba Salomoni ex Ophir attulit, vnde rex fulcra domus domini, lyras & cytharas fieri præcepit. 3. Re. 10. b. Nam pro eo q̄d apud Hebræos est [illegible] Hie. vertit ligna thyina, cuius loco in multis codicibus mēdose ligna tina scriptū est. Quanquàm [illegible] siue [illegible] alij corallium, alij hebenum, alij presilium appellant.

*Cinnamomum & amomum.* Species sunt aromaticæ, id enim liquet ex eo quod adiungitur, & odoramentorum. Et Exodi 30. cinnamomum inter aromata recensetur. De quibus ita scribit Isidorus lib. [illegible] cap. 8. Cinnamomum, dictum quòd cortex [illegible] in modum cannæ sit rotundus & gracilis. [illegible] autem in Indiæ & Aethiopiæ regionibus, [illegible] breui duorū tm̄ cubitorum, colore subnigro [illegible] tenuissimarum virgularū. Quod cum [illegible] visibile spiramentū emittit ad imaginem nebulæ seu pulueris Amomum vocatum, quod veluti

luti odorem cinnamomi referat. Nascitur in Syria & Armenia: frutex eius botruosum semen reddens sibi connexũ, flore albo veluti violæ, folijs similibus brioniæ, odore etiam bono somnos suauificat. Hactenus ille. Deest autem in græcis amomũ. Et odoramẽtorum, id est, θυμιάματα & reliqua vsque ad πρόβατα accusatiui casus sunt, (nescio an scribarum operæ) vt regantur à verbo emet, & appositiuè cũ merces construantur. cuius loco mẽdose γόμον & γόμος id est, pondus vulgo legitur, cuum vtrobique ὦμον ni fallor legendum sit, quod precium significat. a.

*Rhedarum.*) Id est, curruum.

## *Ex capite XIX.*

*POst hæc audiui quasi uocem magnam turbarum multarum in cœlo dicentium Halleluia. Laus & gloria & uirtus Deo nostro.*) Tribus præcedentibus capitulis actũ est de damnatiõe, ruina & infelicitate reprobæ ciuitatis Babyloniorũ: hic & sequẽtibus ediuerso agitur de laude, gaudio & felicitate omniũ electorum. Halleluia Hebræis sonat laudate Deum: Siquidem הַלְלוּ laudate יָהּ deus interpretatur. Et vbi nos legimus in psalmis, laudate dominũ, apud Hebræos הַלְלוּיָהּ scriptum est.

*Quia uenerunt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit se.*) Nuptiæ agni tunc maxime futuræ sunt, quãdo sponsa eius ecclesia virtutum varietate decorata spõso Christo in thalamo regni cœlestis sociabitur. b.

*Vide ne feceris. Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu.*) Vide, inquit,

inquit, feceris: ne mihi theosebiæ cultum exhibeas: siquidem conseruus tibi sum & fratribus tuis hoc in mandatis habentibus, vt Iesu cõmuni domino nostro perhibeant testimoniũ. Deum ergo, non me cõseruum tuum tali cultu adora. Deinde vt euidẽtius aperiret quid sentiret dicens, habentium testimonium Iesu, quasi explicando addidit.

*Testimonium Iesu est spiritus prophetiæ.*) Quod maximè congruebat vt beato huic Iohanni diceret, qui cum testimonio, quo Christum prædicabat, etiam prophetiæ spiritum in hoc præsertim opere habuisse probatur.

*Et uidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum uocabitur fidelis & uerax.*) Cœli apertio descendentis ad nos Dei ac dñi nři indicat prospectũ, iuxta illud propheticũ, Quia prospe-
Psa.101. xit de excelso sancto suo: dominus de cœlo in terrã aspexit. Hoc est eñ quod dicit, & ecce equus albus et qui sedebat, &c. In albo igitur equo immaculatũ do-
b. mini corpus è virgineis membris formatum: in sessore autem Christum fortißimũ aduersus omneis aëreas potestatis bellatorem intellige.

*Oculi eius sicut flamma ignis.*) Hoc propter perspicacißimam omnia cernentis cognitionem dictum est.

*Habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse.* Quum paulo inferius Christi conseruatoris nostri nomen exprimens dicat, & vocabatur nomen eius verbum Dei, & hoc nomen multis cognitum esse cõstet: aut si de alijs nominibus quæ Christo tribuũtur accipias, quum constet, nec illa ignota esse mor-

tali

talibus, quomodo hic dicit quod nemo nouit nisi ipse? Sed sciendũ est, beatum Iohannem de perfecta hic loqui diuini nominis cognitione: nimirũ quod nulli mortalium, imò ne angelorum quidem concessum sit diuini verbi, siue nominis ad plenum cognoscere mysterium.

*Et exercitus qui sunt in cælo sequebantur eum in equis albis.*) Exercitum hunc alij fideles accipiunt, in mundis corporibus quasi in equis albis residentes, & caput suum Christum imitando aduersus diabolũ in ecclesia strenuè dimicantes: alij spiritus cœlestes regem suum comitantes. Atq; ita in equis albis decor, & fortitudo eorum intelligi potest. Gr.li.mor. 31.c.. b.

*Vestito byssino albo & mundo.*) Hoc paulo superius in contextu explicatur, iustificationes esse sanctorum, siue vt Tichonius legit iusta facta sanctorũ.

*Et habet in uestimento & in fœmore suo scriptũ, rex re.*) In vestimento videlicet humanitatis suæ: & in fœmore, hoc est, ecclesia. Fœmore enim seminis posteritas designatur. b.

*Et uidi unum angelum stantem in sole, & clamauit uoce magna dicens omnibus auibus qui uolabant per medium cæli.*) Angelum stantem in sole cœtum dicit prędicatorum, propter apertã prędicationẽ, splendorem intelligentię & feruorẽ quasi in sole stãtium. Aues verò, sanctos appellat, in cęlesti vita degentes. g. b.

*Venite & congregamini ad cœnam magnam Dei, ut manducetis carnes regum &c.*) Tanquam si dicat. Quoniam reges, prefecti, & alij diuersi generis mortales vos mirabiliter persequẽdo, vestris quodammodo

b. sunt carnibus saturati, æquum est, vt nunc tandem illorum represso furore, eorundem vos perditione lætemini: & cœna æternę felicitatis cum ingenti gaudio satiemini. Aliter, tunc regum & cęterorum sequētium carnes comeduntur, quando sine discrimine
r. omnes ad cœnam illam magnam (cuius Bea. Lucas meminit cap.14.) vocati ad fidem euangelicam admittuntur, ecclesiæ incorporantur & Christi membra efficiuntur.

*Et carnes equorum & sedentium in ipsis.*) In hoc specialiter fidelium persequutores impugnatoresq́;
supra ca.6. significari videntur. Et supra in apertione sigillorū
b. equos aduersus equum dñi album exisse scripserat.

*Et apprehēsa est bestia, & cū illa pseudopropheta.* Satanam sentit & Antichristum.

*Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure: & cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius.*) Videtur, inquit Beda significare diabolū & Antichristū tanto maiore q̃ cæteros hoīes vel dęmones pœna plectendos, quanto grauius est viuentem flammis concremare sulphureis, quàm cito moriturum ictu gladij trucidare. Huic sententiæ & glossa ord. suffragatur non dissimulans interim occisos gladio sedentis super equum pœnitentes posse intelligi, qui gladio verbi Dei perculsi mundo moriuntur. De equo & sessore eius supra dictum est hoc eodem ca. Porrò stagnum, profundissimum inferorum locum dicit.

*Et omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.*)
b. Aues intelligi possunt vel omnes iusti, qbus suprema impiorum perditio in gaudiū cessura est, iuxta illud

illud Psal. Lętabitur iustus quum viderit vindictã, vel oĩes spiritus immũdi, qui de suorũ interitu satiant: siquidẽ & hi à seruatore volucres appellant, Et volucres cœli comederũt illud. Nisi fortè qs dicere malit, aues in bonã, volucres verò in malã partẽ, accipiẽdũ. Luc.8.a.

## *Ex capite XX.*

ET *uidi angelum descendentem de cœlo, habentẽ cla. abyßi, & catenam mag. in ma. s.*) Reperito gradu regreditur ad plenius describendam quam cę perat diaboli damnationem. Angelus enim hic teste Aug. Christi typum gerit, qui in huius mũdi arcẽ descendens, fortẽ illum armatum in vincula cõiecit, & spolia, futuros scilicet fideleis ereptos in libertatem asseruit. Totum hoc caput, & nonnullam etiam partem sequentis enarrat D. Au. li. de ciu. Dei 20. ca. 7. & seq. cuius enarrationem breuiter & quatenus opus videbitur adscribere, aut saltem sensum indicare animus est: tametsi nonnulla sint quæ cõmodius videntur posse explicari, de quibus suis dicemus locis. b. Luc.11.c.

*Et apprehendit draconem ser. ant. qui est dia. & sata. & ligauit eum per annos M.*) Hoc est, eius potestatem ab eis seducendis ac possidendis, qui fuerãt liberãdi cohibuit atq; frenauit, idq; spacio M. annorum, hoc est, toto euangelicę legis tempore vsq; ad sęculi consummationẽ. Quę autem horũ mille annorum occasione hæreses & opiniones succreuerint qui velit cognoscere, legat Au. locum modo indicatum, & Lodo. Viuis in eundem annotationes. a. Gr. li. mor. 32. c. 12. d.

*Et misit eũ in aby.* Abyssi noĩe Au. multitudinẽ impiorũ intelligit, q̃rũ in malignitate aduersus ecclesiã

Dei multa profunda sunt corda. Dicitur autem illuc missus, non quia ibi diabolus ante nõ erat, sed quia exclusus à credentibus plus cœpit impios possidere.

*Et clausit & signauit super illum, ut non seduceret amplius gentes, donec consummentur mille anni.)*

Li. de. ci. Dei 20. c. 7 Clausit super eum dictum est, inquit Aug. interdixit ei, ne possit exire, id est, vetitum transgredi. Signauit autem quod addidit significasse mihi videtur, quod occultum esse voluit qui pertineant ad partem diaboli, & qui non pertineant. Hoc quippe in seculo isto prorsus latet: quia & qui videtur stare vtrum sit casurus, & qui videtur iacere vtrum sit surrecturus, incertum est. Ab eis autem gentibus seducendis huius interdicti vinculo & claustro diabolus prohibetur, atq; cohibetur, quas pertinentes ad Christũ seducebat antea vel tenebat. Nec sic accipiendũ est, vt nõ seduceret gentes donec finiãtur mille anni, quasi postea seducturus sit eas duntaxat gentes, ex quibus prædestinata constat ecclesia, à quibus seducendis illo est vinculo cohibitus: sed aut illa loquutione dictum est, quæ in scripturis aliquoties inuenitur, qualis est

Psal. 122. in psal. Sicut oculi nostri ad dominum De. n. donec mi. n. Neq; enim quũ misertus fuerit non erunt oculi seruorum eius ad dominum Deum suum. Aut certè iste est ordo verborum: Et clausit & signauit super eum, donec finiantur mille anni, vt iam non seduceret gentes.

*Et post hæc oportet illum solui modico tempore.)* Nimirum in vltima illa Antichristi persequutione, in qua legitur totis suis, suorumq; viribus desæuiturus. Sed si hoc est diabolo ligari, ecclesiam non posse

seducere,

educere, hoc ergo erit solutio eius vt possit? Absit. Nunquam enim ab illo ecclesia seducetur prædestinata & electa ante mundi constitutionem. Nouit enim dominus, qui sunt eius. Et tales erunt cum quibus ei belligerandum est, vt vinci tanto eius impetu insidijsque non possint. Soluetur autem, vt quàm fortem aduersarium Dei ciuitas superauerit, cum ingenti gloria sui redemptoris adiutoris, liberatoris aspiciat. In eorum sanè qui tunc futuri sunt fidelium comparatione quid sumus nos, quandoquidem ad illos probandos tantus soluetur inimicus, cum quo nos ligato tantis periculis dimicamus? 2. Tim. 2.

*Et uidi sedes, & sederũt super eas, & iudiciũ datũ est illis, & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & prop. uer. dei, & qui non adora. bestiam, neq; ima. eius, nec acceperũt charac. eius in fron. aut in ma. suis, & uixerũt & regnauerũt cũ Christo mille annis.*

Quid in spacio illo mille annorum, quo Satanas ligatus modo descriptus est, vsque ad suprema consummandi seculi tempora, vel circa viuos agatur vel circa defunctos insinuat. Quum ergo dicit, vidi sedes & sederunt super eas, ecclesiæ autoritatem & præfectos indicat, quibus datum est, vt quæcunque ligauerint super terram, sint ligata & in cœlis. Deinde quum dicit, vidi animas decollatorum propter test. Iesu, & item, qui non adorarunt bestiam, &c. & vixerunt & reg. cum Ch. mille annis, ne quis putaret vel illas decollatorum animas malè periisse, vel hos non adorantes nec habentes characterem bestiæ, siue hi adhuc in viuis sint, siue iam excesserint, parum esse felices, testatur & illas & hos etiam hoc interuallo temporis Mat. 18.

vsque

vſq; ad iudicium vnà cũ Chriſto viuere & regnare.
Au.li.de ci. Dei.20.c.9 Quæ ſit porro iſta beſtia, inquit Aug. quamuis ſit diligentius inquirendum, non tamen abhorret à fide recta vt ipſa impia ciuitas intelligatur, & populus infidelium cõtrarius populo fideli & ciuitati Dei. Imago verò eius, ſimulatio eius mihi videtur, in eis videlicet hominibus, qui velut fidem profitentur & infideliter viuunt. Fingunt enim ſe eſſe, quod nõ ſunt, vocãturq; nõ veraci effigie, ſed fallaci imagine Chriſtiani. Ad eandem nanq; beſtiam pertinent non ſolum aperti inimici nominis Chriſti, & eius glorioſiſsimæ ciuitatis, ſed & zizania, quæ de regno eius quod eſt eccleſia in fine ſeculi, colligenda ſunt. Et qui ſunt qui beſtiam non adorant, nec imaginem
2.Cor.6. eius? Niſi qui faciunt quod ait apo. Ne ſitis iugum ducentes cum infidelibus. Non adorant, id eſt, non conſentiunt, non ſubijciuntur: neq; accipiunt inſcriptionem notam ſcilicet criminis, in fronte propter profeſsionem, in manu propter operationem. Ab his ergo malis alieni ſiue adhuc in iſta mortali carne viuentes, ſiue defuncti regnant cum Chriſto. Admonet quoq; idem Aug. in illo quod dicitur, & animas occiſorum propter teſt. Ie. ſubaudiendum eſſe quod poſt aliquanta ſubditur, & regnauerunt cum Chri. mille annis: præterea illud, & ſi qui non adorauerint beſtiam (ſic enim ipſe ſcribit) nec imaginem eius, nec acceperint inſcriptiõem in fronte, aut in manu ſua, de viuis ſimul & mortuis accipi debere, iuxta ſenſum ſupra indicatum. Et quidem præmiſſam explicationem ſequuntur ferè interpretes: videntur tamẽ nonnulla tam hic quàm in ſequentibus etiã aliter, & fortè etiam cõmodius poſſe accipi, quàm accipit

Aug.

Aug. Nam quum post illud, vidi sedes & seder. super eas, mox sequatur, & vidi animas decollatorũ, meo sanè iudicio videtur illic de impiorum potius dicere iudicio & potestate, per q̃s martyres extincti sunt: & ea quæ sequuntur, vidi animas decollatorum usq; ad id, beatus & sanctus qui habet partem in resurrectiõe prima, de solis vita functis accipi debere, vt illud, & qui non adorauerunt ita continues: Vidi animas decollatorum &c. & animas eorũ, qui nõ adorauerunt bestiam &c. quos siue violenta, siue naturali potius accipias morte extinctos, vt hi videlicet à præcedentibus discriminentur, non perinde magni puto referre. Bestiam item, qua quid signetur idem vult Aug. diligentius inquiri, equidem iudicarim cõmodius ac verius, si draconem illum serpentem antiquũ qui est diabolus, intelligamus. Nam & de hoc iam paulo superius fecerat mentionem: & hoc sensu bestiam accipi palam liquet ex ca. huius Apoca. 12. & 13. Bestiam autem non adorant, quicunq; ei non subijciuntur inseruiuntúe.

*Cæteri mortuorum non uixerunt donec consummentur M. anni.*) Aug. etiam hoc sicuti & illud quod præcessit, & qui non adorarunt &c. ad viuos pariter & defunctos referre videtur, ita tamen, vt hi intelligantur in anima per impietatem mortui: siue scilicet sint in corpore, siue iam exuti corpore, qui non viuunt hoc milienorum annorum spacio. Nec alias hos distinguit Augustinus ab illis de quibus suprà, Vidi animas decollatorum, quàm quòd illos intelligat mortuos iuxta corpus, hos autem iuxta animam. Verum in illis verbis, vidi

ani.

animas occisorum & sequentibus, apostoli scopus propriè non est, vt iudicet mortem, seu occisionem piorum hominũ, sed vt doceat, illorum animas post extinctum corpus haud quaq̃ malè perire, sed vna cum Christo viuere & regnare. Verum, quia non omnes mortui corporaliter, viuunt spiritualiter cum Christo: sed tamen, qui occisi sunt propter testimonium Iesu, qui non adorarunt bestiam, qui non accepere characterem bestiæ, ideo hic distinctionem ponit dicitq́ꝫ cæteros ab illis non viuere nec regnare cum Christo, nimirũ quia prioribus illis cõtrarij, q̃ adorarunt bestiã, q̃ accepere inscriptionẽ eius. Itaq; iuxta nostrã sententiam qua etiam superius diximus hunc sermonem ad solos vita functos pertinere, de ijs hic sentit apostolus, qui impiam vitã impia morte finiuerunt, quos negat hoc temporis interuallo usq; ad resurrectionem vna cum Christo viuere, quũ contra de reliquis modo testatus sit, quòd victuri ac regnaturi sint cum Christo mille annis. Quid porro post resurrectionem circa vtrosq; futurum sit, in sequẽtibus manifestat, vbi ait, & iudicatum est de singulis secundum opera &c. Aug. ergo, præterquàm quòd obscurius hunc locum edisserit, sic etiam cum sequentibus coniungit, vt parum aptè cohærere sermo videat. Ne tamen nõ habeas quod sentir, ipsius

Li. de ci. Dei re. c. 9. verba subscribo. Reliqui eorum inquit, (sic enim legit loco cæteri mortuorum) non vixerunt. Hora eñi nunc est, quum mortui audiunt vocem filij Dei, &

Iohan. 5. q̃ audierint viuẽt (hæc Christi verba hic interserit q̃ ca in superioribus pertractat) reliqui verò eorũ non viuent. Quod vero subdidit, donec finiant M. anni, intelligendum est, quòd eo tempore non vixerunt

quo

quo viuere debuerunt, ad vitam scilicet de morte trã seundo. Et ideo quum dies venerit, quo fiet & corporum resurrectio, non ad vitam de monumentis procedent, sed ad iudicium, ad damnationem scilicet, quæ secunda mors dicitur. Donec enim finiantur mille anni, quicunq; non vixerit, id est, isto toto tempore, quo agitur prima resurrectio non audierit vocem filij Dei, & ad vitam de morte non transierit, profecto in secunda resurrectione, quæ carnis est: in mortem secundam cum ipsa carne transibit. Sequitur enim & dicit: Hæc resurrectio prima est. Beatus & sapiens qui habet in hac prima resurrectione partem, id est, particeps eius est. Ipse est autẽ particeps eius, qui non solum à morte quę in peccatis est reuiuiscit, verum etiam in eo quod reuixerit permanet. In istis, inquit, secunda mors non habet potestatem. Habet autem in reliquis, de quibus superius ait, reliqui eorum non vixerunt donec fi. mille anni, quoniam isto toto temporis interuallo quod mille annos vocat, quantumcunq; in eo quisq; eorum vixit in corpore, non reuixit à morte in qua eũ tenebat impietas, vt sic reuiuiscendo primæ resurrectionis particeps fieret, atq; in eo potestatem secunda mors non haberet. Deinde post aliquanta hanc primam esse resurrectionem ostendit, de qua Paulus loquitur, ita inquiens. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt sapite. De qua item alias: Quemadmodum Christus à mortuis resurrexit per gloriam patris, sic & nos in nouitate vitæ ambulemus. Item, Surge qui dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te Christus. Verum vt commodior apertiorq; sit hæc Augustini sententia, & superiori-

Gr. li. mor. 17. c. 8.

Hæc est resur. prima.

Col. 3. a. Rom. 6. Eph. 4.

bus eiusdem verbis quæ supra retulimus, aptè cohæreat, intelligendum hāc clausulam, hæc est resur.pri.ad id referri deberi quod supra à Iohanne dictum est, vixerunt & regnauerunt cum Christo: & tametsi hæc quæ cum Christo viuitur vita, ita in hoc habeatur corpore mortali, vt tamen exutum corpore non deserat, hanc tamen resurrectionem non nisi ad vitæ huiusce pertinere exordium. Nam resurrectio hæc eodem teste Aug. nihil aliud est quàm
Ibidem c.6 transitus à morte animæ ad vitam virtutum. Cæterum, quòd dicitur, non vixerunt donec consum. mille anni, tantundem valere arbitror, ac si dicat, non viuent, vel non viuūt dum decurrunt adhuc M. anni, id est, tempus hoc vsq; ad iudicium. Nam vixerunt, & quod paulo superius est, vixerunt & regnauerunt, more hebraico, aut si mauis prophetico dictum puto, pro viuunt vel viuent & regnabunt.

*Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima, in his secunda mors non habet potestatem.*) Quod dicitur, hæc est resurrectio, ad id refertur quod de animis decollatorum & non adorantium bestiam dictum est, vixerunt & regnauerunt cum Christo, quod quoniam suprà ostendimus commodius ad mortuos tantum pertinere, magis item congruere contextui apostolico mihi videtur, hoc sensu. Hæc illa, inquit, vita, qua dixi viuere animas decollatorum, & non adorantium bestiam prior ipsis resurrectio est, atq; adeo nihil illis obfuit interitus corporis, vt animæ eorum ex corporibus his ad vitam surrexerint longè feliciorem. Huic sententiæ astipulatur quod subiungitur,
in

In ijs 2.mors non ha.po.tanquàm si inquiat. Vt corpus extinxerit sęua persequutio, seu casus quis alius, quæ prior mors est, certè mors altera quæ gehennæ est, nullam habitura est in eos potestatē, modo scilicet prioris sint resurrectionis participes. Cum hac quoque sententia cōgruere videtur quisquis ille est, qui id scripsit quod titulo Ambrosij, de martyribus, in ecclesiastico legimus officio: Si adhuc, inquiens, non sumpserunt sua membra, sumpserunt iam gratiam: si nondum liberati sunt ab inferis, liberati sunt à peccatis. Hæc est enim prima resurrectio, peccatorum euasisse tenebras, lucemq́ꝫ possidere iustitiæ. Augustini explicationem iam supra retulimus.

*Erunt sacerdotes Dei & Christi.*) Spiritualeis ei hostias offerentes. Sic enim sacerdotes appellat, sicuti alibi reges. Fecisti nos Deo nostro βασιλεῖς reges & sacerdotes. Et vt inquit Aug. sicut omneis Christianos dicimus propter mysticum chrisma, sic omneis sacerdotes, quoniam membra sunt vnius illius sacerdotis. Supra 5.

*Et regnabunt cum illo mille annis.*) Quod supra sub præteriti temporis enunciatione propter euentus certitudinem dixerat, vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis: idem hic per futurum tēpus exprimit.

*Soluetur satanas de carcere s. & exibit & sed. gen.* Exibit dictum est, inquit Aug. in apertam persequutionem de latebris erumpet odiorum. Hæc enim erit nouissima persequutio nouissimo imminente gr. iudicio

iudicio, quam sancta ecclesia toto terrarum orbe patietur.

*Et seducet gentes quæ sunt super 4. angulos terræ Gog & Magog.*) Gog & Magog nominibus varias & exteras nationes designauit. Et gẽtes Gog & Magog per appositionem iungẽda sunt. Videtur autẽ hic locus cum illis congruere quæ apud Ezech. ca. 38. & c. 39. scripta sunt: vbi Hiero. de his nominibus scribens, Gog, inquit, græco sermone δῶμα, latino tectum dicitur. Porro Magog interpretatur de tecto. Omnis igitur superbia & falsi nominis scientia, quæ erigit se contra notitiam veritatis his nominibus demonstratur. Deinde post pauca subdit. Tectum interpretabimur hæreticorum principes, & de tecto eos qui illorum suscepere doctrinas. Aug. verò bifariam hæc nomina accipit, eorumq́ interpretationem tectum & detectũ, nunc substantiue nũc adiectiue accipit. Sic enim scribit. Interpretationem nominum esse comperimus Gog tectum, Magog detectum, tanquàm domus, & ipse qui procedit de domo. Gentes igitur sunt in quibus diabolum velut in abysso superius intelligebamus inclusum, & ipse de illis quodammodo se efferens & procedens: vt illæ sint tectum, ipse detectum. Si autem vtrunq; referamus ad gentes, non vnum horum ad illas, alterum ad diabolum, & tectum ipsæ sunt gentes, quia in eis nunc includitur & quodammodo tegitur inimicus antiquus, & detectum ipsę erunt, quando in apertum odium de operto erupturæ sunt.

*Castra sanctorum.*) Non sunt hic castra arces intelligendæ, à singulari verbo castrum, sed tentoriorum

rum ordo consertus, vel exercitus in procinctu pergens, qui græcis vno verbo singulari παρεμβολὴ dicitur.

*Ciuitatem dilectam.*) Quod modo dixerat παρεμβολὴ castra sanctorum, hoc manifestius dicit ciuitatem delectam, ecclesiam significans, spiritualibus armis munitam: de quibus Apo. Pau. Ephesijs scribit ca. 6. Induite, inquiens, vos armaturam Dei, vt possitis stare &c.

*Et descendit ignis de cœlo, & deuorauit eos.*) Hic inquit Aug. bene intelligitur ignis de cœlo de ipsa firmitate sanctorum, qua non cessuri sunt sęuientibus, vt eorum faciant voluntatem. Firmamentum enim est cœlum, cuius firmitate illi cruciabuntur ardentissimo zelo, quoniam nõ potuerunt attrahere in partes Antichristi sanctos Christi. Hucusq; Aug. Potest & simpliciter, & forte etiã rectius de plaga accipi, qua percutiendi sunt etiam ante iudicium ecclesiæ persequutores. De ci. Dei 20. c. 12.

*Et diabo. qui seducebat eos mis. est in stagnum.*) a. Post nouissimæ persequutionis commemorationẽ paucis complectitur, quæ diabolus vnà cum suis in supremo illo iudicio passurus est. De bestia supra diximus hoc eodem ca.

*A cuius facie fugit cœlum.*) Admonet Augustinus signãter dictum, vidi thronum magnum & can. & sedentem super eum, à cuius facie, non, & ab eius facie, vt intelligamus peracto iudicio id impletum iri. Tunc enim præteribit non quidem natura, sed figura huius mundi, & cœlum erit & terra noua. 1. Cor. 7. Inf. 21. a.

*Et libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est uitæ. Et iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris.*) Libri aperti sunt, id est, conscientiæ singulorum aperientur, in quibus veluti libris singula singulorum facta fidelissimè descripta reperientur. Et alius liber aperietur, qui est vitæ, & æternæ prædestinationis siue præscientiæ. Augustinus post vitæ addens vniuscuiusq;, secus hos libros accipit. Nam libros priori loco positos intelligit homines iustos, librum autem secundo loco qui erit omnium & singulorum, vim quandam diuinam, qua fiet vt cuiq; opera sua vel bona vel mala in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset vel excuset conscientia conscientiam, atq; ita simul omnes & singuli iudicentur. Huic ferè astipulatur & D. Greg. nisi quòd ex libris iustorum dicit fieri iudicium. Liber vitæ, inquit, est ipsa visio aduenientis iudicis. In quo quasi scriptum est omne mandatum, quia quisquis eum viderit, mox teste cõscientia quicquid non fecit intelligit. Libri etiam aperti referuntur, quia iustorum tunc vita conspicitur, in quibus mandata cœlestia opere impressa cernuntur. Et iudicati sunt mor. ex ijs quæ scrip. e. in libris, quia inostensa vita iustorum quasi in expansione librorum legunt bonum quod agere ipsi noluerunt, atque ex eorum quæ fecerunt comparatione damnantur. Mirum tamen, Augustinum librum vitæ hic secus intelligere, quàm infra, quicunque non sunt scripti in libro vitæ, quem quum ibi prædestinationem & præscientiam intelligat, eandem, meo sanè iudicio, & hic rectè intelligemus.

De ci. Dei 20. c. 14.

Gre. in Iob li. 24. c. 9.

Et

*Et dedit mare mortuos suos qui in eo erant: &
mors & infernus dederunt mortuos suos.)* Vt simpli-
citer accipiamus, indicari hic arbitror, quocunque fue-
rint loco vel corpora vel animæ seruatæ, & qualis-
cunque mortaleis abripuerit interitus, omneis tamen
ad supremum illud iudicium exhibendos. Porrò,
quæ hic habet Augustinus longius petita, saltem
quoad quædam, videntur: ne tamẽ nescias quid tan
to viro visum sit, ipsius commentum adscribo. Con
uenienter, inquit, quidam hoc loco, mare pro
isto seculo positum accipiunt. Cum ergo & quos
hic inueniet Christus in corpore constitutos simul
significaret cum eis qui resurrecturi sunt iudican-
dos, etiam ipsos mortuos appellauit, & bonos qui-
bus dicitur, Mortui enim estis, & vita vestra abscon- Col.3.
dita est cum Christo in Deo, & malos de quibus di-
citur, Sine mortuos sepelire mortuos suos. Possunt Mat.8.
mortui etiam propter hoc dici, quòd mortalia ge-
runt corpora. Vnde apostolus: Corpus quidem, in- Rom.8.
quit, mortuũ est propter peccatũ: spiritus aũt, vita est
propter iustitiam. Hos ergo mortuos exhibuit ma-
re qui in eo erant, id est, exhibuit homines hoc secu-
lum quicunque in eo erant, qui nondum obierant.
Et mors & infernus, inquit, reddiderunt mortuos
quos in se habebant. Mare exhibuit, quia si qui
inuenti sunt attulerunt. Mors verò & infernus
reddiderunt, quoniam vitæ de qua iam exierant
reuocarunt. Nec frustra fortaße non satis fuit
vt diceret, mors aut infernus, sed vtrunque di-
ctum est, mors propter bonos, qui tantummodo
mortem perpeti potuerunt, non & infernum:

ocum nonnihil commodius apud græcos haberi, ad hunc modum καὶ ὁ φωστὴρ αὐτῆς ὅμοιος λίθῳ τιμιωτάτῳ ἰασπίδι κρυσταλλίζοντι: & lumina re eius simile lapidi precionsimo, nimirum iaspidi crystallizanti: quorum loco nos legimus, & lumen eius simile lapidi precioso, tanquam lapidi iaspidi sicut crystallum.

*Et habebat murum magnum, & altum.*) In hoc notatur supernæ huius ciuitatis firmitas, vbi nemo poterit esse non securus: & vbi suos quisque fidelium
r. thesauros tanquam in munitissima arce, secure possit reponere. Quapropter etiam dominus & rex huius ciuitatis hortatur, thesaurizate, inquiens, vo-
Mat.6.c. bis thesauros in cœlo, vbi neque ærugo, &c. & vbi fures non effodiunt, nec furantur.

*Habentem portas duodecim, & in portis angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel.*) Portæ Apostoli
g. sunt, qui sua & prędicatione & vita cunctis gentibus ecclesiæ pandebant introitum. Angeli verò, doctores Apostolorum vestigia fidei & verbi ministerio sequentes. Cæterum in eo, quod dicit, & nomina inscripta duodecim tribuum, indicat veterum illorum patrum in Apostolis exhiberi remini-
g. scentiam: quandoquidem quod illi siue gestis siue vaticiniis prænunciarunt, hoc in Apostolis re ipsa adimpletum est. Iam quod ad constructionem attinet, ne sermonis te amphibologia remoretur, scito illud, habentem, non ad murum (vt ex græcis manifestum

nifestum fit) sed ad ciuitatem Ierusalem pertinere, & pendere à verbo ostendit.

*Ab oriente portæ tres: ab aquilone portæ tres: ab austro portæ tres, & cæt.*) Hoc ipso insinuat omnibus in quacunque mundi parte agentibus, patere in dictam ciuitatem ingressum. Multi enim inquit Christus, ab oriente & occidente, ab austro & aquilone venient. Respexisse autem videtur ad ordinem illum Israelitici exercitus ascendentis ex Aegypto, qui in castrorum positione tres tribus ad orientem, tres ad occidentem, tres ad meridiem, & tres ad aquilonem constituit. Luc.13. Nu.2.

*Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arundineam auream, ut metiretur ciuitatem, & portas eius & murum.*) Qui metitur ciuitatem Christus dominus est, qui omnia in numero & mensura constituens & pondere, vnicuiq; fidelium spiritualium distribuit dona gratiarum. b.

*Et ciuitas in quadro posita est: & longitudo eius tanta est, quanta & latitudo.*) Hoc est vt breuiter dicam, summa omnium illic & pax & concordia est, nec vlla inæqualitas potest inueniri. r. b.

*Et mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia duodecim milia.*) Mensus est ciuitatem, hoc est ciuitatis longitudinem, siue latitudinē, siue etiā altitudinem, quæ omnia æqualem habent mensurā, nēpe spacium stadiorū duodecim milium. Ex quo cō-

sequente

ſequenter conſtat totum ciuitatis huius ambitum, qui quatuor æqualibus diſtinctus eſt lateribus, qua
1. ter duodecim milia ſtadiorum, hoc eſt, quadragin-
48000. taocto ſtadiorum milia continere: vniuerſam quoque ciuitatis aream duodecies duodecim milia, hoc eſt, centum quadragintaquatuor milia ſtadiorum
144000. complecti: qui idem numerus, nempe centum quadragintaquatuor milia, in duodecim milibus ſignatorum ex duodecim tribubus Iſrael, duodecies pro
Supra.7. duodenario tribuum numero repetitis deprehenditur. Ad hæc quum ſtadia 8. vnum miliare perficiant, ſi numeres quadragintaocto milia ſtadiorum, quæ ciuitatis continet circuitus, inuenies miliariorum 6000. Quum igitur tot ſtadia numerat, indicat cœleſtis illius ciuitatis amplitudinem, immenſo interuallo cæterarum omnium huius mundi ciuitatum ſuperare magnitudinem.

*Lõgitudo & latitudo et altitudo eius æqualia ſunt.* Quæri poſſet, Quomodo altitudo hæc accipienda ſit: & mihi ſane videtur, quum myſticum ſit, quod dicitur humanam rationem in hoc haud eſſe requirendam. Secundum myſticum igitur intellectum æqualitas hæc, vt ſupra diximus, ſummam ciuitatis illius indicat concordantiam. Sunt tamen, qui alti-
1. tudinem hanc ſecundum montis aſcenſum, in quo ciuitas ipſa conſpecta eſt, accipiant.

*Et menſus eſt muros eius 144. cubitorum.)* Quod ad literæ ſuperficiem attinet, menſura hæc de murorum, vel muri potius iuxta græcorum lectionem, altitudine accipienda eſt. In tanta autem murorum altitudine, ſanctã ciuitatem ab hoſtium incurſibus prorſus ſecuram eſſe oſtendit.

Menſura



colorchecker CLASSIC
calibrite
mm